

Ordinis Betheleæmitarum Confirmationis Constitutionum.

Eñe, & Rñe Dñe. NAscencium Regularium Ordini oxordia semper à spiritu contradictionis impugnari consueverunt, suscitando ambitiones, quæ ne nouæ Plantæ in vinea Domini in Dei servitio, & operum Charitatis exercitio adolescent, fictiones, contraricerates, & tumultus suscitant, pacemq; religiosam, & Religiosorum conscientias sub velamine Boni perturbant, ut testatur Gregorius XIII., in præcipuis Religionibus, quæ subinde Dei Ecclesiam illustrarunt, euennisse in sua Constitutione incipiente = Ascendente Domino = pro Societate Iesu edita. Ita sermè contigit in nostra regulari Congregatione Ordinis Betlemiticæ nuper à san. mem. Innocentio XI. de anno nempe 1687. sub Regula Sancti Augustini approbata. Nam cum illius Religioni Fratres post Brevis publicationem in summa pace, & spiritu feroce viverent, & nihil aliud exoptarent quam Religionis perpetuæ quieti consulere, semina Zizaniz eradicare, prouidere hospitalium utilitati, & conseruationi, ac consulere, ne in dicta Congregatione factiones, & semina ambitionis suscitarentur, quæ Religiones pessimum aliarum exemplo, & diurna experientia didicerant, hinc non solum de Superiorum, & graniorum PP. consensu, sed omnium individuorum totius dictæ Congregationis stabilitz fuerunt nonnullæ Constitutiones tanta solemnitate, & tam uniformi omnium consensu, ut amplius desiderari nequiret, dum non solum præcesserunt duæ Congregationes Generales, vna videlicet in Hospitali Ciuitatis Mexicanæ ex omnibus Superioribus Hospitalium Regni Mexicanæ, & alia in Ciuitate Limaæ ex omnibus Superioribus Hospitalium Regni Peruani, sed anno 1703. habita fuit Congregatio Generalis in Conventu de Guatemala, vbi originè habuit Institutum huius Sacr. Congregationis, illaque facta fuit cum mandatis Procuræ omnium Hospitalium tunc in vitroque Regno existentium, ita ut non solum fuerit adhibitus simplex Superiorum consensus, sed omnium Religiosorum, & ibidem approbatæ fuerunt constitutiones in præcedentibus Congregationibus stabilitz.

2 Comque huiusmodi Constitutiones subscriptæ fuissent à Fratre Iosepho à S. Angelo tamquam primo Assistente generali, *Summ. præterito n. 7. l. 11. M M M.* eiusque directione, consensu, & consilio præmissæ Constitutiones stabilitz, statim ablegatus fuit ad Vrbem Frater Michael à Iesu Maria, ad hoc ut Sedì Apostolicæ nomine totius Religionis Summo Pontifici supplicaret pro dictarum Constitutionū confirmatione, ut liquet ex *Summario præterito numero 8.*, & ultra mandata procuræ omnium Hospitalium eidem extradita fuerunt

instrumenta renunciationum Iuri eligendi Praefectos, quod singulis
Conuentibus fuerat concessum per Constitutiones Innocentianas, &
in eis concedebatur facultas Reverendissimo Generali deputandi in
singulis Hospitalibus Praefectos *sodem præterito Summario numero 8.*
& ulterius eidem Procuratori Generali consignatae fuerunt quamplures
Epistolæ Summo Pontifici directæ, ad hoc, ut dignaretur præfatas
Constitutiones confirmare tamquam magis uniformes, & congruen-
tes quieti, & tranquillitati, & progressui felici nostræ Congregationis,
nempè Epistolæ Audientiæ Mexicanæ ad Regem, & Papam,
Civitatis Mexicanæ ad Regem, & Papam, Conuentus Sancti Ioannis
de Deo ad Regem, & Papam, Conuentus Sancti Dominicæ ad Pa-
pam, & Regem, Societatis Iesu ad Papam, & Regem, & ulterius in-
formatio Archiepiscopi Limani, & Proregis Peruanæ, ut ex *Summa-
rio præterito numero 8. litt. G.*, quæ quidem documenta ad effe-
ctum reportandi dd. Constitutionum confirmationem foisse extradita
d. Fr. Michaeli à Iesu Maria Procuratori generali constituto, pedum
apparet ex illius apoca de receipto, *dicto Summario numero 8. litt.
era H.*, sed etiam à iurata depositione coram Reverendissimo prouis-
sore Tolezano emissa à Fratre Francisco à Sancto Antonio Aduersario
Summ. hodierno num. 11. litt. A. & G.

- 3 Pendente itaque recurso ad Sedem Apostolicam super confirmationem
dd. Constitutionum illarum tamquam facte de speciali omnium Religio-
sorum consensu, & voto executioni demandatae fuerunt, prodi in
Congregatione generali de Guatema la stabilitum fuerat, quo usque
scilicet Sedes Apostolica præcitaras Constitutiones confirmaret, vel
reformaret, & formam gubernij de novo stabiliret ut ex *Summ. præ-
terito num. 7. litt. G.*
- 4 Summa pace, & quiete fuerunt præcitatæ Constitutiones per nostram
Congregationem acceptatae, & nouum gubernium stabilem, abique
eo quod illius Religiosus reclamasset, aut protestationem emisset,
& præcitate forma gubernij somma cum tranquillitate ab anno 1703
usque ad annum 1707, seruata fuit.
- 5 Verum inimicus hominis ad excitanda dissidia, & introducendas fa-
ctiones, & scandala, quibus cum dictis novis Constitutionibus
voiverat Religio obviare, & consulere statuerat, excitavit spiritum
ambitionis in Fratre Iosepho à S. Angelo, qui licet, ut diximus, fuerit
author principalis dd. Constitutionum, ipsalque tamquam primus Af-
filiens Generalis edidisset, & subscripsisset *Summario dicto num. 7. cir-
ca finem litt. M M M.*, & quanvis sciret Conuentum Mexicanum re-
nunciasse Iuri eligendi Praefectum, dictamque facultatem transstulisse
in Reverendissimum Generalem, quodque dicta renunciatio ad-
missa fuisse in Congregatione generali de Guatemala anni 1703., &
per ipsum Fratrem Iosephum à S. Angelo tamquam primū exAffilien-
tibus generalibus, ut supra diximus, acceptata, *Summ. præterito nu. 7.
litt.*

liss. I., CC., & DDD.; Nihilominus dictus Frater Joseph ambitionis
 spiritu seductus se contulit ad Hospitale Mexicanum, & sub zelo san-
 citatis conscientias Religiosorum inquietare cepit diuulgando ipsos
 esse excommunicatos, ex quo Constitutiones Innocentianas circa
 formam gubernij non obserabant, & medijs infra dicendis in Prä-
 fectum d. domus eligere se fecit, & Vice præfectoram generalem con-
 tra formā etiā in Innocentianis Constitutionibus statutam usurpauit,
 medijsque illicitis Religiosos aliorum trium Conventuum ad suam
 opinionem attraxit, & non solum eorum paucos Religiosos ad ele-
 ctionem Præfectorum adegit, sed etiam eodem coextenu illos indu-
 xit ad stipulandum mandatum procuræ in sui personam cum faculta-
 te substiuendi ad effectum impugnandi præcitatæ Constitutiones, ut
 ex mandatis procuræ *Summario præterito num. 18.*, & *19.* His ita per-
 actis vigore facultatis substiuendi sibi attribueret eodem Anno 1707.
 substituit in Procuratorem Fratrem Franciscum à Sancto Antonio
 Adversarium ad effectum, ut se conferret ad Curiam Romanam prò
 impugnanda confirmatione dd. Constitutionum: cumque ad Urbem
 se contulisset tanta vſus fuit industria, ut seduxerit Fratrem Michae-
 lem à Iesu, non solum ad effectum, ne soz Instantie se opponeret,
 sed ut vnicim omnia Sedi Apostolice resicerentur, atque insimul cir-
 cumscriptionem dd. Constitutionum sollicitarentur, quo circa hic in
 Urbe se vniuerunt, in eademque domo conuiuebant, & epulabantur ut
 ipsi metuissent, & negare nequeant, quo circa porrecto Memoria-
 li Sanctissimo Domino Nostro ex parte dicti Patris Francisci, ubi fa-
 cta relatione Innocentianarum Constitutionum, & aliarum editarum
 summatis in Congregatione Generali de Guatemala supplicabat
 Summo Pontifici tamquam Procurator dd. quatuor Conventuum, &
 confitit etiam ipsum esse Procuratorem grauiorum PP. totius dictæ
 Congregationis, licet esset nudus Procurator Substitutus à Patre
 Iosepho à S. Angelo, *Summario bodiernonum. 1.*, obtinuit dictum
 Memoriale remitti Sacra Congregationi Episcoporum, & Regula-
 rium, & subinde negotium remissum fuit particulari Congregationi
 trium Eminentissimorum Cardinalium, nempe Ferrary, Gabrielli,
 & Parracciani Ponentis, à qua rescriptu fuit Procuratori Generali in
 Curia pro informatione; Verum cum dictus Procurator iam tunc tem-
 poris seductus reperiretur forte cum spiritu ambitionis inductus,
 non solum Instantie dicti Patris Francisci noz se opposuit, non so-
 lum Religionē, à qua Procurator Generalis fuerat constitutus, non de-
 fendit, non solum Scripturas, & documenta sibi consignata, de quib-
 us *Summario num. 8.* non produxit, neque exhibuit, non solum vio-
 letias à P. Iosepho à S. Angelo perpetratas occultauit, sed prevarican-
 do in suo officio, non solum in omnimodo, sed etiam in committendo,
 relationem dedit Sacra Congregationi favorabilem dicto Pa-
 tri Francisco, & voto prò circumscriptione dd. Constitutionum, *Sum-*mario præterito num. 22.**, licet ipse ad Urbem fuisse allegatus cum

maximo Religionis dispendio prò sollicitanda dd. Constitutionum confirmatione.

- 6 Et quod maiori nota dignum est, cum PP. dictè Congregationis de Guatimala, & præcedentium Congregationum Generalium Mexicanarum, & Limanae prò maiori dd. Constitutionum robore expressissent gravissimas causas, propter quas processerant ad faciendas dictas Constitutiones, vt in *Summario præterito num. 7.* à liss. N. ad liss. TT. ; Nilominus dicti Religiosi ad occultandam veritatem, & nè perfectis ab Eminentibus Vestrī causis urgentissimis, & fundamentis, quibus moti fuerant ad faciendas dictas Constitutiones, eas approbarent, summa cum malitia, Instrumentum dd. Constitutionum non exhibuerunt, sed in *Summario* dederunt Constitutiones mulatas hanc expressione causarum, sine expressione fundamentorum, vt recognoscere possunt Eminenterissimi PP. ex positionibus penes ipsas existentibus; Quocirca cum Procurator Generalis in Curia residens Iustitiae Patis Francisci non solum non se opponeret, sed illius Iustitiam fouveret, facile ei fuit obtainere rescriptum prò dd. Constitutionum circumscriptione, cuius rescripti Breue confirmatorum extorserunt.
- 7 Detecta huiusmodi collusione in Supremo Concilio Indianorum, & comperto, quod dictum Breue indensa Religione, & cum lumina collusione, & proterua, & prævaricatione Procuratoris Generalis obtinendum fuerat, passum d. Brevis denegauit: mandauitque Partibus, vt ad Sedem Apostolicam se conferrent, vt Sanctitas Suas auditis fundamentis Religionis quid prò maiori dicta Religionis progressu esset statuendum determinaret, dictumque Patrem Michaelem à Iesu Maria, uti prævaricatorem, & sua Religionis deceptorem declarauit, vt ex Regio decreto, de quo in præterito nostro *Summario nostro numer. 33. liss. E ibi = E restando sempre più prouata la mala fede, con la quale nella serie di questo negotio si è portato Frà Michele di Giesù, e Maria, aiutando contro l'incembenza della sua commissione con mezzi iniqui, collusioni, occultazioni delle Scritture, e ragioni della Religione, che la di lei istanza non banesse il suo intento, dal che ne sono nati tanti imbarazzi, scismi, & altri pregiudizii, per li quali si può semere la delbrutione di questo nouo Istituto tanto utile al bene pubblico, merita non solamente una severissima riprensione, ma anche risoluzione che non se le permetta, come non deueseli permettere, il ritorno all'Indie santo per castigo, quanto per præventione del male, che puol cauare il di lui reprobogenio fra li suoi fratelli, e nello stesso tempo, se li prohibisca, che in nessuna maniera ardisea porre le mani, ne meschiarfi in questa materia, se li offegni qualche Conuento in Spagna dell'i più simili al suo instituto, dove viva nel ritiro, che le conviene. Quo circa si collusio, si malizie artes, quibus Frater Franciscus à S. Antonio, & Frater Michael à Iesu Maria extorserunt cum Voto huius Sacrae Congregationis Breue Summ. Pontif. detecta remanserunt in Regio Consilio Indianorum, ubi tot probationes, quæ præsumtum delictum, con-*

- conuincerent, adduci non potuerunt, quanto magis prævaricatio
dici debet probata in Curia, & penes Eminentias Vestras, penes
quas afferuantur positiones, quibus i^o oculi recognosci potest nul-
lam instantiam promouisse Fratrem Michaelem à I^osu Maria p^ro
Confirmatione Constitutionum editatum in Congregatione Gene-
rali de Guatema^{la}, nullum penitus exhibuisse documentum de ijs, quæ
sibi fuerant consignata, & quod peius est instantiam Fratris Franci-
sei à S. Antonio souisse, & adiuuasse suis Consilijs, & voto, ut liquec-
t illius relatione facta huic Sacra Congregationi, *Summ. num. 22.*,
quæ originaliter reperitur in positione Eminentissimi Ponentis. Quid
ultra hanc Sacram Congregationem deceperunt dantes in Summa-
rio Constitutiones di^oz Congregationis mutilatas in partibus
essentialibus, dum non fuerunt transcriptæ cum ea, quæ deceat lega-
litate, sed datæ fuerunt mutilatæ sine rationibus, & fundamentis ad-
ductis in dd. Constitutionibus, quæ quidem delicta non debent im-
pune, & sub silentio prætermitti, quia non solum læsa fuit Congre-
gatio Berlemirica, sed à duobus Religiosis grauiter laesa fuit Maie-
stas tanez Congregationis, & Sedis Apostolicæ, ne præbeatetur ansa
hoc exemplo alijs fratribus similia perpetrandi.
- 8 Nequæ excusari potest Frater Franciscus à S. Antonio, ex quo ipse
suam Instantiam promovit, nec ullam habet partem in prævarica-
tione commissa à Patre Michaeli; nam non solum Pater Michael fuit
à dicto Patre Francisco seductus, sed patentissimè collusio per ipsos
facta detegitur, dum insimul in Verbe coniuebant, insimul, & sub no-
mine viri usq^{ue} distributa fuerunt Memoria^lia, *bodierno Summ. nu. 2.*
liss. A. & B., & quo demum pacto excusari potest Frater Franciscus,
dum non solum veritatem occultaui^o huic Sac. Congregationi, sed
etiam præsentavit Constitutiones mutilatas sine rationibus, & funda-
mentis, siue causis, quæ expressæ apparent in ijsdem Constitutioni-
bus. Hoc enim factum nequit ipsum à fraude, & malitia eximere.
- 9 Minusq^{ue} excusari potest Frater Michael, ex quo ipse dicat, quod in tan-
tum Instantiam non promovit, in quantum Georgius de Firmanis
illam habebat p^ro desperata: nam non solum id non probatur, ni-
si ex particula manifesti facti à Fratre Francisco, quæ nihil probat,
sed etiam est ab omni verisimilitudine alienum, dum Constitutiones
facta fuerunt cum consilio, & Instru^octione ipsius Domini Georgij de
Firmanis, sed quo pacto potest excusari, dum requisitus p^ro infor-
matione, & Voto à Sacra Congregatione, non solum facti veritate
non exposuit, non solum documenta sibi consignata non produxit,
nequæ de illis mentionem fecit, sed fuit adeo pertinax, ut Scriptu-
ras sibi à Religione extraditas restituere recusauerit, non obstante
ordine Regio, non obstante grauatoria decretu^o à Reverendissimo Vi-
cario Toletano, & non obstante carceratione, ita ut defensionem
sux Religioni tollere, ac auferre totis viribus conatus fuit.
- 10 Aduersus itaq^{ue} prædictatum Breue tot collusionibus, & malis artibus
extortum reclamauit nostra Religio, & porrexit Memoriale Sanctissi-

- mo D. N. ad hoc, ut illud revocare dignaretur, & præcitatæ Constitutiones ex integro approbare supplicavit, quod Memoriale fuit remissum huic Sac. Congregationi cum veridica facti relatione, & prætentatum fuit Eminentissimo Domino meo Ponenti, & in illius sequelam distribuimus Facti allegationem, qua probare conati sumus, quod Congregatio Generalis de luce facultatem habebat revocandi Constitutiones Innocentianas circa Regimen dictæ Religionis, quia revocare fuerunt ex causa necessitatis, & utilitatis, & quia nouæ Constitutiones sunt longe magis proficuae progressori, & quieti nostra Religionis, ut plenius ab informatione nostra cum Summario sex ab hinc mensibus distributa, quam reassumere supplicamus.
11. Post diuturnum temporis decursum tandem in lucem prodijt responsio Patis Francisci à S. Antonio, quæ tres partes continere videtur, nempe in prima eius parte inuestigiam contra P. Rodericum à Cruce Generalem, cum redargendo de gravi ambitionis viti, & falsificatione Innocentianarum Constitutionum. In secunda parte probare satagit nullitatem præcitatæ Cong. Generalis tam ex defectu vocilium, quam ex alijs vitijs, & denique concludere volit, quod d. Constitutiones factæ à Congregatione Generali non sunt proficuae.
12. Verum antequam ad responsionem procedam, statui hac vice vii Consilio Caroli de Grassis de exceptionibus except. q. num 88., qui ita Causarum Patronos monet ibi = In omnibus negotijs, & materijs prima quæstio debet esse de personis Agentium, & ea quæ respiciunt personas Agentium ante omnia sunt discussendas quæ eo magis videntur in hac Causa necessaria, quia notitia Agentium summopere conferre vallet ad articuli decisionem.
13. Primas itaque partes in hac Causa agit uniuersa nostra Congregatio Berlemitica, quæ S. Sedi supplicat, ut pro feliciori progreso, & quiete Religionis præcitatæ Constitutiones Congregationis Generalis de Guatimala approbare dignetur, idque adeo verum est, ut antequam Pater Rodericus à Cruce ad Urbe se consenseret ad effectum, ut procuraret erectionem Confraternitatis Berlemitarum in Religionem fuerunt de consilio, & consensu Confratrum graviorum qui tunc d. Confraternitatem regebant, factæ Constitutiones, & in illis inter cetera statueretur perpetuitas Generalatus, utique Præfecturæ Hospitalium à Reverendissimo Generali cum Assistentium Generalium consilio consenserunt, ut liquet ex documentis mihi nuper exaduerso communícatis, *Summario bedierno num. 3.*
14. Cum autem iuxta leges municipales Regnum Indiarum opus sit, ut in illis nulla Religio introduci possit, nisi prius obrenta licentia, & facultate supplicandi Sanctissimo à Rege Hispaniarum, hinc P. Rodericus ad Villam Marriti se conculit, pro Regia licentia insletur, & in Regio Consilio suam instantiam apud Sedem Apostolicam promouendam detexit, & Constitutiones presentauit. Verum quia dictæ

- Constitutiones révix fuerunt à Regio Consilio Indiarum, illæ fuerunt
in multis partibus correctæ, & alteratæ circa Generalis electionem,
& à dicto Regio Consilio facta fuit Constitutio, quod Capitulum Ge-
nerale tres Religiosos eligere deberet, eosque præsentare Proregibus
aut Regni Peruani, aut Regni Mexicanæ, qui vnum ex dd. Religiosis
in Generalem deputaret, dicto Summario badierno num. 3. aliaque ad-
ditæ fuerunt præjudicialia libertati, & Immunitati Ecclesiasticæ eadem
Summario num. 3.
15. Coactus itaque fuit P. Rodericus à Cruce cum præcitatibus Constitutioni-
bus correctis, & emendatis ad Vrbem se conferre, & S. M. Innocen-
tio XI. supplicare pro creatione dictæ Confraternitatis in Congrega-
tionem Regularem sub regula S. Augustini, & Constitutionum ap-
probatione, & ususuit Patrocinio quondam D. Georgij de Firmanis,
& deputata fuit Congregatio trium Eminentissimorum S. R. E.
Cardinalium, nempe Ottoboni, qui subinde fuit ad Pontificatum
eiusdem, bon. mem. Eminentissimi Cybo, & Eminentissimi Casanate-
te, quibus præsentatis præcitatibus Constitutionibus à Regio Consilio
Indiarum correctis, & emendatis per plures vices relecta fuit instan-
tia, & quamplures exortæ fuerunt controverſæ in Vrbe Inter Mini-
stros Regios, & dictum P. Rodericum, ita ut de Regio ordine fuerit
dictus P. Rodericus ab Urbe revocatus *Summario num. 1. l. i. t. M. M.*
NN. OO., & PP., & P. Rodericus ad pedes Summi Pontifici devo-
latus Pontificiam protectionem apud Catholicam Maiestatem implo-
ravit, & obtinuit dicto Summario num. 1. l. i. t. Q. Q., & ad Villam
Matriti se contulit, ibique plures passus fuit crumna, & calamitates,
sed tandem cum illius intentio directa esset seruitio Dei licentiam
obtinuit, & iterum ad Vrbem se contulit, vbi in præcitate Congre-
gatione quamplures difficultates suborta fuerunt per additamenta
facta per Regium Consilium in dd. Constitutionibus, adeo ut propo-
*sita Causa in pluribus Congregationibus intentum habere nequie-
rit, & tandem dd. Eminentissimi PP. dd. Constitutiones correxerunt,*
& emendarunt, & præsertim se uniformantes cum stylo maioris partis
Religionum statuerunt, ut Generalis esset sexennialis, atque Præfæc-
ti per singulos Communitates eligerentur.
16. Cumque P. Rodericus in nouem annorum decursu, quibus pro hac Cau-
sa in Urbe commoratus fuerat esse tot adversitatibus pertitus dd.
Constitutiones acceptauit, & Breue confirmationis expediuit, dicto
Summario praterito num. 2.
17. Et quamvis, ut se uniformaret cum suorum Confratrum voluntate,
in dicta Congregatione supplicasset, ut in eis statueretur perpetuas
Generalis, utque domorum Praefecti à Generali cum consilio Assi-
stentium deputarentur, & non haberet in promptu documenta neces-
saria pro Causarum Iustificatione, Eminentissimi Cardinales, qui cum
stylo maioris partis aliarum Religionum se uniformare voluerant,
insinuarunt Georgio de Firmanis, quod dd. Constitutiones poterant

37. Religiosis immutari , & subinde supplicare Sanctissimo pro illarum confirmatione , ita ut penderet à Religiosis nouam gubernij formam stabilitate , & pro Confratrum consolatione eruditam fecit instrucionem , de qua in Summario praterito num. 6. ibi = Et licet opponi posset , quod primita exponi debuissent Sac. Congregationi , ut dd. Constitutionem immutaret , respondemus primo quod dicta Constitutiones facta fuerunt ab Eminentissimis Cardinalibus interendo regulis aliarum Religionum , & ulterius post expeditum decretem , & Breve Apostolicum nobis inserviatum fuit , quod congruum non erat tam cito , & die subsequenti postulare immutationem eorum , quæ die antecedenti statuta fuerant , quia incommunicata materia cum nonnullis Ministeriis Apostolicis , ipsi met suum dilectum circa hoc significarunt , quod scilicet id poterat in Indijs disponi , quia dependebat à voluntate Fratrum , quod si talis esset ipsorum voluntas possent in primis singuli vocales eiusdemque domus particulariter , & subinde capitulariter , in Capitulo Generali renunciare , quia tunc absque dubio Summ. Pontifex confirmaret decretum Capituli generalis .
38. Breve confirmatorium Innocentij XI , cum insertione Constitutionum idem P. Rodericus in Urbe imprimi curauit , & volumina transmisit ad Indias Occidentales , ut Confratres scire possent , & notitiam habere de ijs , quæ P. Rodericus à S. Sede obtinuerat , & de immutatione Constitutionum facta à Congregatione Eminentissimorum Cardinallium , & deinde ad Villam Matriti se contulit pro obtinendo passu d. Brevis , vbi plures habuit difficultates pro d. passu stante oppositione facta à Regio Fiscali , ne in Indijs noua Religio introduceretur , & quia immutatz reperiebantur Constitutiones , vt liquet ex scripturis mihi exadverso communicatis hodierno Summario num. 4.
39. Receptis in Indijs Occidentibus prædictis Constitutionibus , omnes Religiosi tristes remanserunt , ex quo in illis statuta fuerat temporalitas Generalatus , & concessa Religiosis facultas eligendi sibi Praefatos , ex quo valde timebant disciplinæ regularis relaxationem , quia pernecesse cum prædictis Constitutionibus præualecere deberet ambitio , & in Religione factiones adduci , quæ sunt principales de structures disciplinæ , & obseruantiz regularis . Quo circa statim ablegarunt ad Villam Matriti PP. Michaelem à Iesu Maria ad effectum procurandi à Sede Apostolica dd. Constitutionem immutationem . Quocirca P. Rodericus à Cruce d. Patri Michaeli Instrucionem D. Georgii de Firmianis comunicauit , & inter ipsos concordatum fuit , vt pro Confratrum consolatione imprimerentur Constitutiones in lingua Hispanica , virque in margine earum Constitutionum , quæ gubernium concernebant imprimeretur quoque Instrucio D. Georgii de Firmianis , vt scirent Religiosi quod dependebat ex eorum voluntate dd. Constitutiones quo ad gubernium immutare , vt liquet ex præterito Summario num. 7. list. D. ibi = Quod scilicet id poterat in Indijs disponere , quia dependebat à voluntate Fratrum , & si hoc esset eorum voluntate

- voluntas possent &c. = & liquet ex epistola conscripta dicti Fratri Michaeli per Reverendissimum Generalem hodiernum Summario num. 5.
20. Impreliis modo præmisso præfatis Constitutionibus cum assentia, & direktione d. P. Michaelis à Iesu Maria, ut liquet, ex Epistola Reverendissimi Generalis eidem P. Michaeli conscripta, d. Summ. hodierno num. 5. illæ transmissæ fuerunt ad Indias Occidentales, & interims in Villa Matriti summo labore sollicitabatur passus d. Brevis mediante interpositione Summorum Pontificum, ut liquet ex Memoriale per bon. mem. Eminencissimum Caccia præsentato Catholicæ Mastiati, impressoquæ in libro mihi exaduerso communicato *Summario hodierno num. 6.* adeoque post septem annorum decursum obtentus fuit passus d. Brevis, & P. Rodericus profectus fuerit anno 1697. ad Indias Occidentales, cumque pervenisset ad Civitatem Mexicanam ibi post impetraram licentiam à Prorege summa cum solemnitate fuit Breve publicatum cum processionibus Cleri sæcularis, & regularis cum festiuitatibus, & panegyrice ut liquet ex libro mihi exaduerso communicato; Et post emissam solem ne pro professionem iuxta formam Constitutionum ab omnibus Religiosis, seruiente adhuc spiritu, omnibusque exoptantibus noui Instituti felicem progressum, & conservationem disciplinæ regularis, conuocata fuit Congregatio Generalis præcitatæ Regni Mexicanæ, ibique discussum an præcitatæ Constitutiones Innocentij XI. circa gubernium essent obseruandæ, vel potius iuxta Instructionem Georgii Firmani magis expediens existimarent nonas facere Constitutiones, & supplicare S. Sedi pro illarum confirmatione, cum id penderet ab eorum voluntate, ibique non solum stabilitatem fuit nouas edere Constitutiones, sed etiam ut pro maiori solemnitate in omnibus hospitalibus Communitates conuocarentur ad hoc ut discuterent an vellent renunciare Iuri eligandi Præfectos, quod ipsis tribuebatur per Constitutiones Innocentianas, illudque transferre in Reverendissimum Generalem; Prout omnia præmissa fatecunt Fr. Franciscus à S. Antonio in manifesto præsentato Serenissimo Regi Catholico mihi exaduerso communicato *Summario hodierno num. 7. l. 1. A.*
21. His ita statutæ per Superiores hospitalium conuocatæ fuerunt Communites Religiosorum, & omnes summo consensu, & voluntatum uniformitate renunciarunt Iuri eligendi Præfectos, & transtulerunt facultatem illos deputandi in Reverendissimos Generales pro tempore *Summario præterito num. 7. l. 1. 1.*
22. Acta autem præcitatæ Congregationis Generallis Mexicanæ celebratae anno 1697., & instrumenta præcitarum renunciationum extradita fuerunt d. P. Michaeli à Iesu Maria, ut illa exiberet Sedi Apostolica, ut ex *præterito Summario num. 8. l. 1. B.*
23. Subinde à Regno Mexicano profectus fuit P. Rodericus à Cruce, & se contulit ad Regnum Peruanum, ibique pariter post publicatum Breve iuri solemni, & summo populorum plausu ac post admissos Confratres ad solemnem professionem pariter in d. Regno conuocauit Generalem

ralem Congregationem Hospitalium, ibique pariter omnium consen-
su stabilita fuit Constitutionum Innocentianarum immutatio circa
gubernium, & Religiosi Hospitalium usque tunc ectorum renun-
ciarunt iuri eligendi Praefectos, illudque transtulerunt in Reueren-
dissimum Generalem, eiusque successores, *Summario praterito num. 7.*
Littera C. & Reuerendissimus Generalis intimauit Capitulum Gene-
rale in Hospitale de Guatemala, cumque hospitalia essent recenter
erecta, & elemosynia sustentarentur, ac adesset in Religione nascen-
te Religiosorum penuria, & essent necessariz infinita expensa pro
itinere tot Religiosorum à Regno Peruano ad Regnum Mexica-
num, inter quæ intercedent tres mille, & ultra levez, & Religio na-
seens detrimentum suscipere poterat propter absentiam grauiorum
Religiosorum, qui ad Capitulum Generale accedere debebant, hinc
conuentum fuit, ut conuocarentur omnes Communicantes omnium
hospitalium, eisque praefatz Causæ proponerentur ad effectuia, ut si
vellent Procuratores constituerent, ut in Capitulo, seu Congre-
gatione Generali de Guatema la stabiliretur forma Gubernij iam
stabilita in Generali Congregatione Limana, & in omnibus Commu-
nitatibus omnium consensu, & sine alicuius Religiosi reclamacione
aut protestatione praecitata instrumenta mandatorum Procuraripu-
lati fuerunt ad hoc ut in praecitata Congregatione apponetur ulti-
ma manus pro stabiliendis praefatis Constitutionibus.

24. His peractis P. Rodericus disseccie è Regno Peruano, & ad Mexicanum
se contulit, & in Hospitale de Guatema la celebravit generali Congre-
gationem, in qua remansit peracte stabilitum id, quod in Congre-
gationibus habitis in Ciuitate Mexicana, & Limana fuerat determinatum,
quodque hoc fuerit votum Religiosorum usq; ab initio, sem-
perqd; durauerit probatur primò ex Constitutione peractis à grauiori-
bus Patribus, & producatis in Congregatione particulari ante Bieue
Innocentianum, ut liquet ex d. *Summ. badierno num. 3.*

25. Secundò liquet, & probatur ex confessione emissi à Fratre
Iosepho à Sancto Angelo, qui tamquam Assistens Generalis in-
terfuit in dicta Congregatione Generali de Guatemala, cuius
confessionem impugnare nequit Frater Franciscus à Sancto An-
tonio eius Procurator ex Turibus volgatis. In praecitata enim Congre-
gatione anni 1703. praefatus Ioseph à Sancto Angelo cum omnibus
Vocalibus, qui interfuerunt fassi sunt illud fuisse semper votum to-
tius Religionis, ut scilicet Generalis esset perpetuus, & Praefati de-
putatentur à Generali cum Consilio Assistentium, ut liquet ex Sum-
mario praterito num. 7. *Littera A.A.* ibi = Ideoque uniuersale votum no-
stra Religionis usque ab initio fuit, quod suum regimen, & gubernium
committaretur uni Prelato generali, qui foret perpetuus in Of-
ficio, & nominaret alios Prelatos, & Ministros subalternos cum Con-
silio, & voto Assistentium generalium, & statim ac ad meliorem sta-
tum pervenit huiusmodi voti, & desiderij approbationem à Sancta Se-
de

*de sollicitauit. = Fatentur quoque hoc fuisse Votum, & Consilium
Episcoporum, & Praelatorum veriusque Regni, ac etiam Regis Ca-
tholici, ibi = Coadiuuantibus, & influensibus ad huiusmodi intentum
Ordinarijs, & concurrente etiam Seuenissimo Rege Catholico Carolo
Secundo, qui in Calis fit, eiusque Regio Indiarum Consilio uno ac-
Supplicantibus Summo Pontifici, ut preces perrectas super perpetuitate
dicti Generalis, & nominatione Officialium iuxta formam prae-
fam benignè dignaretur admittere, & fauore prosequi gratioso, =
ad deducere huiusmodi instantia pro confirmatione Constitutionum sem-
per promota fuerit ab vniuersa Religione tam ante Breue Innocen-
tianum, quam postea, quæ quidem forma gubernij pro felici pro-
gresso nostræ Congregationis desiderata fuit ab Episcopis Regnum Occidentalium, ab omnibus Religiosis, à Rege Catholico, qui con-
siderarunt aliter conseruari non posse Regularitas disciplinæ in no-
stra Religione.*

26. *Tertia species probationis desumitur ex quadam Instruccióne data
Fratri Michaeli à Iesu Maria, & registrata in Libris Convenetus Me-
xicani, quæ fuit exaduerso mihi communicata, & particula illius
vtitur Pars aduersa in suo Summario, ubi pariter expreſſum reperi-
tur, quod semper vniuersale votum totius Religionis fuit, & est tor-
ma gubernij in dictis Congregationibus stabilita, Summario hodie-
no num. 8. cum autem hæc instruccióne sit registrata in Libris Conven-
tus Mexicanis, & producta fuerit à Fratre Francisco à Sancto Anto-
nio Aduersatio, vtique per dictam productionem censetur approbasse
omnia contenta in dicta Instruccióne, & stat loco confessionis, Rota
coram Merlin. decif. prima num. primo, coram Gregor. decif. 238. nu. 5.
coram Buratt. decif. 602. num. 6., & in recent. decif. 150. nu. 5. par. 17.,
& plenam constituit probationem contra producentem, idquæ aded
verum est, ut tacita confessio resolutans ex productione scripturarum,
quoad omnia in eo enunciata revocari non possit sub prætextu erro-
rii, & probat etiam quoad enunciata in scriptura producta, & prop-
ter aliud prolatæ, ut plenè probat Adden. ad Gregorium decif. 238.
nu. 15., & plenè in Toletana Iurisdiſionis cor. Rime Molines impref-
ſa penè Card. de Luca de Iurisd. dec. 11. n. 9. ibi = ex regula, quod pro-
ducit scripturam censetur fateri omnia in ea contenta esse vera. Ita ut
amplius impugnari non possint, quamvis producta in parte, & partibus,
& passim in Rota cum sit theorica non habens contradictem.*
27. *Quarta species probationis resultat, ex quo pro majori firmitate dd.
Constitut. nō solum omnes Religiosi omnia Hospitalium cum sois
Prælatis renouciarunt Iuri eligendi Præfectos ipsis attributo per Bre-
ue Innocentianum, & illud transstulerunt in Generalem cum Cohili-
lio Assistentium Generalium, sed etiam, quia dictæ Constitutiones
approbatæ fuerunt in tribus Congregationibus generalibus, nempe
in Mexicana constituta ex omnibus Ospitalibus dicti Regni facta
anno 1697., in Congregatione generali Regni Pecuanii celebrata
anno 1698., & in Congregatione generali celebrata in Conveneto de
Gua.*

Guatemala anno 1703. i de quibus in Summario nostro num. 7. &
denique in alia Congregatione generali celebrata anno 1709. in co-
dem Ospitali de Guatemala, Summ. nostro num. 28.

28. Quinta probatio desumitur ex eo, quod à praecitatis Congregatis
generalibus celebratis in Hospitalibus Limano, Mexicano, & de
Guatemala non obstante, quod dictæ Constitutiones fuerint execu-
tioni demandatae, ne minimus quidem Religiosus reclamauerit, aut
aduersus dictas Constitutiones protestatus fuit, nec publicè, nec
secretè, sed vniuersali omnium consensu, & pace acceptatae, & execu-
tioni demandatae fuerunt usq; ad ann. 1707., quo ambitione elatus
Fr. Ioseph à Sancto Angelo aduersus illas inturrit in Conventu
Mexicano, adeòut instantia, quæ promouetur pro confirmatione
dictarum Constitutionum per plures, & plures annos continuatas,
& prosequuta fuit ab vniuersa Religione, ab omnibus Religiosis, &
à primo usque ad ultimum absque vilius dissensu, aut minima que-
rimonia.

29. Ex præmissis itaq; liquidissimè appareat Partem principalem in hac
causa sustinuisse, & sustinere vniuersam Religionem, quodque for-
ma gubernij in his novis Constitutionibus statuta semper enixè ad
vniuersa Religione desiderata fuerit usque ad annum 1707. Nunc
videndum, & examinandi superest quænam sit altera Pars, quæ tamen
iustæ sententiaz nostræ Religionis se opponit, an sit legitima, & qui-
bus medijs se opposuit.

30. Altera itaque pars est P. Franciscus à S. Antonio tamquam Pro-
curator substitutus à Patre Iosepho à Sancto Angelo, qui se fecit Pro-
curatorem quatuor Hospitalium, nemp; Mexicani, Angelopolitanus,
Huanus, & Oaxaca; Praefatus enim Frater Ioseph à Sancto Angelo
fuit ille, qui tamquam Primus Assistens Generalis edidit præfatas
Constitutiones in Conventu de Guatemala anno 1703., ut ex Sum-
mario præterito numero 7. in fine, & interfuerat in Congregatio-
ne Generali Mexicana celebrata anno 1696. & ad formam dicta-
rum Constitutionum anni 1703. dictus Pater Ioseph exercuit in Re-
gno Mexicano tamquā deputatus à Rmō Generali manus Vice-Pra-
fecti Generi. Subinde fuit deputatus à Rmō Generali in Praetoriū Ho-
spitalis de Guadalaxara, & vii talis cum tota sua Communitate an-
no 1707. acceperunt in Vice Praefectum Generalem Regni Mexicanus
Hospitalium Fratrem Ioannem à Iesu, eique vii Vice-Praefectū Ge-
nerali obedientiam præstítit, præterito Summ. num. 10.

31. Comque Reverendiss. Generalis eodem anno 1706. discessisset à
Regno Mexicano, ut le conficeret ad Regnum Peruanum pro visita-
tione Hospitalium, & nouæ Religionis indigentijs vocatus, dictus
Fr. Ioseph à Sancto Angelo non obstante, quod in Congregationes
generali anni 1703. admisisset renunciationem factam tamen à PP. Ho-
spitalis Mexicani, quam à Religiosis aliorum Hospitalium Iuri cli-
gendi Praefectos iphs attributo per Innocentianas Constitutiones,
& dictum Ius deputandi Praefectos transstulisset in Reverendissimum

Ce-

- Generalem, ut ex Summario nom. 7. liss. LL. Nihilominus sub praetextu expediendi nonnulla negotia Hospitalis de Guadalaxara, cuius erat Praefectus, se contulit ad Hospitale Mexicanum, ibique disseminare cœpit præcitatæ renunciations fuisse nullas, quodque Constitutiones factæ in Congregatione generali de Guatemala non substinebantur, & proinde seruari deberent Innocentianæ Constitutiones. Vnde seductis aliquibus Religiosis, & convocata Communitate (si tamen id verum sit) conclusum fuit, ut interpellareretur Frater Ioannes à Iesu Praefectus dicti Hospitalis, & Vice-Praefectus Generalis, ut ab ulteriori exercitio dictorum Officiorum se abstineret, *Summario Partis aduersa num. 8.*, & hic actus Capitularis Hospitalis Mexicanæ primo loco subscriptus apparet à Fratre Iosepho à Sancto Angelo, dito *Summario Partis num. 8.* licet dictus Frater Ioseph non esset de Familia dictæ Communilitatis, nullumque in ea haberet Officium, & nihilominus illud subscriptibit tamquam Caput, quod manifestè ostendit ipsum fuisse Caput præcitatæ resolutionis.
32. Et quod maiori nota digni est, quamuis d. actus apparet à 37. Religiosis subscriptus, *Summario Partis num. 8. in fine*, nihilominus examinatis Testibus ad instantiam eiusdem P. Fratris Iosephi à Sancto Angelo, & examinatis ipsiusmet Religiosis Conuentus Mexicanæ, qui in d. actu asseruntur interfuisse, deposuerunt in eo tantum interfuisse 18. Religiosos connumerato dicto Fratre Iosepho à Sancto Angelo, *Summario nostræ num. 13. liss. L.*, & data fuit facultas d. Fratris Iosepho, ut nomine dictæ Communilitatis interpellareretur Fratrem Ioannem à Iesu, ut se abstineret à munere Praefecti, & Vice Praefecti Generalis, quod non solùm liquet ex depositionibus Testium exaduersò examinatorum, *Summario num. 13. liss. V.*, sed etiam ex actu requisitionis, *Summario Partis num. 9.*, & quamvis Frater Ioannes à Iesu Praefectus Domus Mexicanæ, & Vice-Praefectus Generalis præcitatæ interpellationi summa cum humilitate respondisset (ex quo erat vir virtutibus insignis), quod obediebat Communilitati, *Summario Partis num. 9.*, siue quod parebat d. Communilitati, & gratias Deo agebas, quod à muneribus sibi intulisti eximebasur, ut deposuerunt Testes Religiosi ab eodem Fratre Iosepho examinati, *Summar. num. 13. liss. V.*, nihilominus Frater Ioseph à Sancto Angelo dictum Praefectum, & Vice-Praefectum Generalem carceribus mancipauit, ut deposuerunt ijdemmet Testes exaduersò induicti, *dito Summario nostræ num. 13. liss. V. in fine*.
33. Successivè autem idem Pater Ioseph à S. Angelo carcerauit Fratrem Ioannem à Sancto Isidoro, ut deposuerunt ijdemmet Testes Religiosi, & Factionarij dicti Fratris Iosephi à Sancto Angelo, *Summario num. 13. liss. Q.*, & subinde carcerauit etiam Fratrem Iosephum à Sancto Raphaële, *dito Summario num. 13. littera R.*, & BB., & CC.
34. Carceratis itaque d. Religiosis processum fuit ad actum electionis

Præfetti Domus Mexicanæ , & in d. actu quatuor Religiosi non fuerunt vocati tamquam suspecti , Summario num. 13. liss. N. , tres se abstinerunt à votando , dicto Summario num. 13. liss. O. , & alij tres pariter non fuerunt vocati , dicto Summario num. 13. liss. B. , & in dicto actu electionis interfuit quoque dictus Frater Ioseph à Sancto Angelo , licet non esset Conuentualis dicti Ospitalis , Summ. num. 14. , & statim dictus Frater Ioseph ipsum actum electionis subscriptis tamquam Præfetus dictæ Domus , & Vice, Generalis , dicto Summario num. 14. ibi = Frater Ioseph à Sancto Angelo Præfetus , & Vice-Generalis .

35. Et quamvis d. Frater Ioseph à Sancto Angelo se iactaret vindicatorem Constitutionum Innocentianarum , nihilominus ipse illas spernere cepit , nam licet in prædictis Constitutionibus expressè caueretur , ut Præfetti eligi deberent per Fratres cuiuslibet Domus , nihilominus in dictis Constitutionibus cauetur , ut electus nomen Præfetti assumere non posset , nisi post obtinentem confirmationem suæ electionis à Præfecto Generali , quodque quoisque dictam confirmationem non haberet denominari deberet Præsidens Domus , ut ex Summario nostro num. 12. ibi = Eleccio autem Præfetti confirmari debeat à Præfecto Generali , qui confirmationem negare non posset , nisi ex iusta causa ab Affilientibus approbanda , & donec Præfetus electus confirmetur , gubernet non tamquam Præfetus , sed Præsidens , & nihilominus Frater Ioseph à Sancto Angelo auctor Vindicator Innocentianarum Constitutionum ipsum auctum electionis subscriptis tamquam Præfetus Domus Mexicanæ , & utri talis semper gubernavit spretis Innocentianis Constitutionibus sine villa Generalis confirmatione , & ante quam illam perejisset .

36. Imò licei P. Borda cum asseco voto Vniuersitatis Mexicanæ consuliuisse dictum Patrem Iosephum à Sancto Angelo non posse se intitulare Præfetum Domus Mexicanæ , neque uti Præfetum gubernare , antequam obtineret confirmationem à Reuerendissimo Generali , Summario Partis num. 23. S. 51. , nihilominus dictus Pater Ioseph à Sancto Angelo spredo Consilio P. Borda , & Innocentianis Constitutionibus d. Hospitale tamquam Præfetus gubernavit , & omnes actus uti Præfetus subscriptis : Quinimò non solum dictus Pater Ioseph à Sancto Angelo Officium Præfetti exercuit contra votum P. Borda , sed etiam usurpauit munus Vice-Præfetti Generalis spretis Innocentianis Constitutionibus , in quibus expressè cauetur quod in casu quo Generalis residentiam facere deberet in Regno Peruano vices suss committeret Præfecto Domus Mexicanæ , Summario nostro nu. 12. liss. M. & nihilominus dictus Frater Ioseph à Sancto Angelo sine villa commissione , sine ullo titulo munus Vice-Præfectorū usurpauit , quam nullo modo exercere posse ad instantiam dicti Praeforis Iosephi doctissime conculuit Doctor Bermudez Cathedraticus . Vniuersitatis Mexicanæ , Summario Partis numero 23. S. 58.

37. Electo d.P. Iosepho à S. Angelo in Praefectum Domus Mexicanæ, et usurpato titulo Praefecti dictæ Domus, & Vice-Praefecti Generalis, ut ex Summ. nostro nr. 14., idem Fr. Ioseph à S. Angelo vii Praefectus, & Vice-Generalis statim se contulit ad Hospitale Angelopolitanum, ibi que adigere studue Religiosos dicti Hospitalis ad praestandam sibi obedientiam tamquam Vice-Generali, utque electo Praefecto deputato à Reuerendissimo Generali procederent ad electionem alterius Praefecti. Summ. nostro num. 15., cumque dicta Communitas illi obtemporaret, recusasset, recursum habuit ad Regiam Audientiam, & Cancellariam Ciuitatis Mexicanæ, eique exposito, quod ipse ad formam Constitutionum Innocentianarum reperiebatur legitimè electus in Praefectum Domus Mexicanæ, & Vice-Praefectum Generalem, illumq; uti talem recognoscere recusatabant eique obedientiam praestare, ac negasse, ut procederet ad electionem, supplicavit sub forma sequenti, ibi = Dignusur decernere, & relaxare bortatorias contrà dictum Praefatum Fratrem Petrum à S. Iosepho, aliosque Religiosos dictæ Domus, & Conuentus Angelopolitanæ, ut abstinat ab ulteriori exercitio sua Praefecture tamquam inusitata, & attentata, & cum reliquis alijs obedientiam praefest dicto Patri Praefecto, & Vice-Praefecto Generali Fratri Iosepho à S. Angelo ad effectum, ut in dicto Conventu Angelopolitanæ procedatur ad electionem Praefecti, aliorumque Officialium, & Ministerorum &c. & petiat sibi impartiri auxilium ad effectum cogenditam PP. dicti Hospitalis Angelopolitanæ, Summ. nostro dicto num. 15. lict. B. & C., quam aduersus alios Conuentus, & Domus Regni Mexicanæ, Summ. dicto num. 15. lict. D., & Regium Consilium commisit Gubernatori dictæ Ciuitatis Angelopolitanæ, ut suum auxilium præberet dicto Fr. Iosepho à S. Angelo, d. Summ. num. 15. lict. H.

38. Statim se contulit P. Ioseph à S. Angelo ad Ciuitatem Angelopolitanam, & stipatus auxilio Gubernatoris ad dictum Hospitale vna simili cum Fratre Francisco à S. Bonaventura suo Secretario, & carceribus mancipauit praefatum Fr. Petrum à S. Iosepho Praefectum dictæ Domus, & cipps adstringi mandauit, ut depositus ipsemet Secretarius Fr. Iosephi à S. Angelo exaduerso examinatus, Summ. nostro præterito num. 16., & Summ. Partis num. 13. lict. C., & carcerato Praefecto, Fratribusque exterritis illos coegit ad electionem noui Praefecti, ipseque in Communione praesedje, Summ. Partis num. 12., & fuit electus praecitatis medijs idem Frater Franciscus à S. Bonaventura Secretarius dicti Fratris Iosephi à S. Angelo, Summ. Partis num. 12., & praefatum Fr. Petrum à S. Iosepho in duro carcere retinuit, quo usque anno 1709. Pro-Rex Regni Mexicanæ dicto Fratru Iosepho à S. Angelo litteras horratorias intimare fecit, sub hac praecisa forma, ibi = Insinuamus, & præcipimus Patri Praefecto Religionis Betbleamistica huius Ciuitatis Mexicanæ, os scandala, & inquietitudines evitare Rudeas, que maximum præjudicium inferre possunt tam sua Religioni, quam huic Regno, sequaque continet intrâ limites vita Religiosa &c. rogantes

intoper, & infestantes eidem, ut dimittat à duro carcere, ubi coarctatus reperitur P. Praefectus Conuentus Angelopolitanus, cumque libertatem restitutus, dicto Summario nostro præterito numero 17. littera A., O. B.

39. Eadem auctoritate, & præsidio potestatis secularis cogit Religiosos aliorum duorum Hospitalium, ut ad electionem Praefectorum procederent, prout ex metu processerunt, & post factas electiones per impressionem Secularis potestatis statim eos adgeat ad constituendum Procuratorem ipsum Patrem F. Iosephum à S. Angelo, & Successorem in Praefectura Mexicana ad effectum, ut impugnaret Constitutiones Capituli Generalis, ut ex mandatis Procurz, præterito Summario Numero 18., & 19., & Fr. Ioseph à S. Angelo substituit in Procuratorem Fr. Franciscum à S. Antonio, bodierno Summ. num. 1.

40. Hi sunt Religiosi, qui se opponunt confirmationi dd. Constitutionum deducti impressione Secularis potestatis, exterriti duris carcera-tionibus, relegationibus, & quampluribus alijs excessibus satis notorijs, qui Innocentianas Constitutiones concularunt, & spreuerunt: An autem isti dicendi sint legitimi Contradictores Iudicio EE. PP. relinquimus. Sufficit enim referre qualitates Fr. Iosephi à S. Angelo relatæ in Regio decreto Catholicæ Maiestatis plenissimè à suis Regijs Ministris informataz, cum ipse P. Ioseph à S. Angelo causa fuerit tot scandalorum tot Iurgiorum, ut patrum absuit quin hanc teneram Plantam suffocaret; Sereniss. enim Rex Catholicus ita dixit, Summ. nostro præterito num. 30. post litt. E., & ante litt. F., ibi = La causa, è primo motore della divisione di questi quattro Conventi, e di tanti scandalosi seguiti, chiaramente si prova esser stato Frà Giuseppe di S. Angelo, e per ciò come buono contagioso conviene si trasporti in Spagna, o pure si separi, ed allontani da tutti li Conventi ponendolo in luogo, dove non possa comunicare li suoi maligni influssi = itali negari nequeat originem, & causam omnium scandalorum, & dissentionum fuisse Fr. Iosephum à S. Angelo, qui iam Deo villicationis suæ rationem reddidit, idecò nunquam adduci possumus ad credendum esse per EE. PP. illius instantia annuendum.

i. Quinimodo cessat de præsenti omnis difficultas nám mandatum Procurz concessum à Fr. Iosepho à S. Angelo F. Francisco remansit reuocatum, cum tres Conuentus Angelopolitanus nempè Oaxacæ, & Aua-nz constituerint Procuratorem Fr. Iosephum à S. Angelo tamq[ue]am Praefectum Mexicanum, & Successores in Praefectura Mexicana, Summario præter. nu. 18. & 19. cum facultate substituendi, prout substituit Fr. Franciscum à S. Antonio, cique dedit instructionem, Summ. boider. n. 33., cumq[ue]d 31. Decembbris 1710. tam Praefectus DomusMexicanæ, quām cæteri Religiosi diq[ue] Conuentus Mexicanæ capitulari-ter congregati non solum recognoverint Reuerendissimum P. Rodericu[m] à Cruce in Generalem, cique obedientiam præstiterint, Summario præterito num. 39., sed etiam tam nomine proprio, quām nomi-

ne d.d. aliorum triam Conuentuum Angelopolitan, de Antequera,
& Havana revocauerint mandatum datum F. Francisco à S. Antonio,
& Fr. Michaeli ab Assumptione, *Summ. præt. num. 29. liss. C. & D.*, &
constituerint Procuratorem Fr. Michaelem à Conceptione ad hoc, ut
supplicaret Sanctissimo pro confirmatione Constitutionum Generalis
Congregationis anni 1703., *ditto Summ. num. 29. liss. C. & D.*, vt
que non venit amplius habendus pro Procuratore dd. Conuentuum,
& Religiosorum, dum Conuentus Mexicanus illum revocauit tam no-
mine proprio, quam aliorum trium Hospitalium, adeo ut dictus Fra-
ter Franciscus à S. Antonio nequeat nisi vti nudus Religiosus se oppo-
nere, cum è conuerso confirmationem Constitutionum petat vniuersa
Religio, & integrum corpus Religionis.

42. Hucusq; demonstrauimus quenam sunt Partes formales in hac causa,
& proinde cui magis fauendum, & indulgendum. Nunc autem op-
portet P. Rodericum à Cruce ab impiis criminibus defendere; Nam
in contraria facti de duobus delictis principaliter redarguitur, scilicet
ex quo Innocentianas Constitutiones adulterauerit, quodque virtus
ambitionis detentus per 20. annos Generalatum administraverit, &
ad sui vitam perpetuare omni conatu studuerit: Quamuis equidem pud-
dere deberet Fr. Franciscum à S. Antonio P. Rodericum à Cruce
Communem totius Congregationis Parentem redarguere, cum ipse
sit Fundator huius Religionis. Nam Ven. Petrus à Betancur dumta-
xat noui Instituti fundamenta iecit, & de tempore obitus Hospitalis
de Guatemala dumtaxat incepérat, & vix habebat tres, aut quatuor
Confratres, qui ipsum in ministerio Hospitalis, & servitio PP. adiu-
varent; Cumque Deo preces effunderet, ut Virum demonstraret, cui
curam relinquere praecitati Instituti in dd. Regionibus sumoperè
necessarij illi ab ineffabili Dei providentia demonstratus fuit P. Ro-
dericus à Cruce tunc Nobilitate, & diuinitatis insignis, & condecoratus
vno ex principalioribus muneribus dicti Regni, qui tribus mensibus
antè Ven. Petri obitum abiectis Mundi illecebris, distributis Pauperi-
bus diuinitatis habitum Tertij Ordinis S. Francisci assumpsit, & servitio
Hospitalis de Guatemala sub obedientia dicti Vener. Petri se addixit,
pauperesque infirmos proprijs humeris ad Hospitalē deferens non sine
magna letitia Ven. Servū Dei, qui hominem sibi inditum iam sub sua
obedientia dirigebat; Vnde morti proximus Testamentum condidit,
dictum P. Rodericum in Præfectum maiorem perpetuum nominauit,
eidemque attribuit facultatem nominandi sibi successorē post obi-
tum in præfectura Domus, vt ex illius Testamento producito in Sacra
Rituum Congregatione, de quo hodierno *Summ. num. 9.* cumque eni-
mē rogauit, vt Confraternitatem propagaret, institutum ederet, &
Confraternitatem ad statum Religionis omni studio redigere curaret,
hodierno *Summ. num. 9.*, neque illum spes fecellit, nam non solum Ho-
spitale de Guatemala perfecit, Magnificam Ecclesiam construxit, alios
Confratres suscepit pro cura Hospitalium, sed tanta fuit illius vigi-
lan-

Iancia, tanta morum rectitudine, & compositione, Confratres sed oī in-
struendo, ut esset exemplum humilitatis, & patientie, ut edificari
Populi breui temporis decursu sub illius cura alia Hospitalia edifica-
uerint, & fama huius novi Instituti ad Regnum Peruanum peruvolau-
erit, vbi post ablegatos duos Confratres ipsemer P. Rodericus vocatus
fuit a Pro-Rege Limano, & Episcopis dicti Regni pro Hospitalium
fundatione, obtinuerit fundari undecim Hospitalia suscipien-
do sub obedientia plores in consortium, qui dd. Hospitalibus inser-
uirent, ut ex præterito Summ. num. 1.

43. Gubernabat præcita Hospitalia præfatus Rodericens a Cruce sine
Jurisdictionis limitarione, sed raro humilitatis exemplo tanquam Præ-
fectus maior a V. Fundatore designatus; Cumque vidisset sufficien-
tem numerum Hospitalium adesse, ut impetrare posset a S. Sede Apo-
stolica erectionem Confraternitatis in Religionem non parens labo-
ribus, neq; discrimini viræ ab Indiis Occidentalibus discessit, & ad
Villam Matriti se contulit, ac subinde Romam; Sed reuocatus a Re-
ge iterum coactus fuit petere Villam Matriti, & subinde ad Vrbem
redire, vbi spatio nouem annorum infinitas passus fuit animi pertur-
bationes pro obtainenda, proinde obtainuit unctione dictæ Confrater-
nitatis in Congregationem Regularem, aliaque Privilegia, &
Indulgentias, quæ registrantur in Breue Innocentiano, alijsque Bee-
vibus.

44. Post Breuum expeditionem non cessavit Inimicus Hominum nouam
hanc plantam infestare, ne adoleceret, nec P. Rodericum nouis pertur-
bationibus persequi, dum in Villa Matriti passus d. Breuis a Consilio
Regio Indianorum denegatus fuit, sed semper confidens in Dei Misericordia
omnes aduersitates in toto fere Terrarum Orbe humiliè sub-
stulit, adeo tam in Urbe, quam in Villa Matriti conspicuus euaserit,
a Summo Pontifice Innocentio XI., & ab Eminentissimis Cardinali-
bus, summoperè hic in Urbe adamatus, & in Villa Matriti a Regiis
Ministris propter suam humilitatem, & virtutum merita, adeo
Innocentius XI., Alexander VIII., & Innoc. XII. defensionem P. Rode-
rici assumperint, & Icommisserint Nuncijs apud Regem Catholicum
cōmorantibus, ut P. Rodericum tuerentur, probò fuit protectus, ut ap-
paret ex Memoriali bo. mem. Eminentissimi Caccia Serenissimo Regi
Hispaniarum præsentato, ac mihi exaduerso communicato, d. Summ.
bodierno num. 6., & ita passum d. Breuis anno 1696. obtainuit: Vnde
in Europa cōmoratus fuit spatio decem, & septem annorum, & de-
inde protectus ad Indias post Breuum publicationem, post admissos
Frates ad professionem solemnem, post celebratam Congregationem
Generalem in Regno Mexicano, ad Regnum Peruanum peregit, &
admissis post Breuum publicationem Religiosis ad solemnem profes-
sionem, Congregationem Generalem celebravit, & subinde quatuor,
aut quinque Hospitalia fundavit, tanta enim erant illius virtutes,
tanta humilitas, illius exemplo in Religiosis infixæ, tanta cura, &

vigilancia infirmi inseruiebantur , vt ab omnibus introductio tanti ins-
 tituti exoptaretur , vt notum est , & liquet ex praecedenti *Summarie*
num. primo , ex quo cognoscere possunt E.B. PP. Fratrem Rodericum
 fuisse omnium Hospitalium fundatorem , fuisse nouæ Congregationis
 Institutorem , omnesq; Religiosos per ipsum admissos , ita ut omnes dici
 debeant eius filij , ipse omnium Pater , & propagator , & nihilominus
 hodie in hoc Supremo Tribunal à proprijs filijs , ne dicam ab uno , &
 non tanti Patris filio redargueret tamquam Constitutionum perver-
 sor , & ambitionis spiritu seductus , credentes hoc modo illius sum-
 mas virtutes posse obscurare , sed decipiuntur , nám virtutes tanti Viri
 aduersitatis magis elucescent , nám ut inquit D. *Gregorius Magnus*
registratus in Can. aduersitas 48. 7. quæst prima , ibi = *Aduersitas* ,
 que bonis votis obicitur probatio virtutis eß , non Iudicium reproba-
 tionis : quis enim neciat quam prosperum fuit , quod B. *Paulus Aposto-*
lus prædicaturus ad Italiam ventebat , & tamen veniens naufragium
 pertulit ; sed tamen nauis *Cordis in maris fluctibus integra stetit* =
 Vota enim P. Roderici semper directa fuerunt ad stabiliendam perpe-
 tuam obseruantiam , & disciplinam in noua Congregatione per ip-
 sum erecta non ad stabiliendam perpetuitatem Generalatus in sui per-
 sonam , nám si tali ambitione detentus fuisset , vtique tot aduersitates
 non perculisset , tot irinera cum vita discrimine non suscepisset , &
 labores non subtinuisset in Curia Romana , & in Curia Matriti , dum
 ipse potuisset Confraternitatem vii Praefectos maior regere , & gu-
 bernare si spiritu ambitionis fuisset detentus , nec dimisisset gubernium
 generale undecim Hospitalium , & Iurisdictionem illimitatam erga
 Confratres , per spatium decem , & olio annorum non exposuisset
 vitam periculis maris , & terra , dum pacificè frui posset ambitu gu-
 bernij tamquam Praefectus maior à fundatore deputatus , quod ostendit
 ipsum alienum fuisse à qualibet umbra ambitionis , præsertim dum
 diçam Congregationem tam in statu Confraternitatis , quam in statu
 Congregationis adeò recte gubernauit , vt Frater Franciscus à San-
 to Antonio Adversarius in Manifesto , quod distribuit in Regio Con-
 silio Indiatum , licet sit species libelli famosi mihi exaduerso commu-
 nicato summas virtutes P. Roderici denegare ausus non fuerit , tam-
 quam digni perpetuo Generalatu , vt ex particula illius hodierno
Summario num. 7. ibi = Lices director auxiliū det pro Causa iusta iſſius
d'penſationis dignissimam personam P. Roderici , eius maximas labo-
 res terra marique tolerates , (quos omnes confitemur) & eſſe valde ex-
 pediens , vt Sua Sanctitas illum perpetuet , non autem ut nos pro vita
 litio admittamus , ex quo Summus Pontifex suo motu proprio illum ad
 sexennium creauit , ex quo proprijs oculis *Sanctitas Innocentij* recogno-
 uit merita sue persona , eius summos labores , & virtutes , Causa , qua
 cum mouerunt ad creandum Generalem . Faretur itaque P. Franci-
 cus à Santo Antonio P. Roderici virtutes , & esse dignissimum , vt in
 illius persona Generalatus perpetuetur , qua confessione nulla maior
 dari

dari potest probatio ad Text. in cap. per suas de probationibus, & in
I Cum se C. de transaktionibus, & si virtutes P. Roderici ex confessione
Partis sunt maximæ, vtique notari non debet de ambitu, quia si es-
set ambitionis hoc vitium suas virtutes absorberet iuxta vulgatum
adagium malum ex singulis desellibus: Et pro exclusione ambitionis
sufficit restituere ipsum in sua florida etate reliquise gubernium va-
decim Hospitalium, quibus fruebatur ex dispositione Testatoris vita
sua durante; vnde non est verisimile credere, quod vitium ambitionis
illum deceperit in sua senectute, cum sit ferè nonagenarius, & ni-
hilominus Hospitalium visitationem, & curam infirmorum numquam
prætermisit inuigilans tamquam bonus Pastor suo Gregi, adeo ut il-
lius vita aliud non sit quam assidua, & perpetua peregrinatio, cù Ho-
spitalia vastissimis itineribus disiuncta sint, & proinde Rex Catholicus
in decreto, quod dedit, illius summas virtutes commendat, illum-
que eximit ab impietate ambitionis vitio, ut ex praterito Summario
num. 30. lit. F. ibi = Non essendo credibile di questo Religioso in tutto,
e per tutto babbia mai lasciato di procedere con intentione lodevole, per-
suadendolo bastantemente la di lui virtù, e conoscita modestia, oltre
non potersi presumere, che babbia bauuta intenzione di stabilire nel suo
Ordine per il proprio interesse la perpetuità, ed altri priuilegi del Ge-
neralato, truandosi in età ottuagenaria. Concorre di più à suo favore
una circostanza specialissima, che deuesi considerare propriamente co-
me Fondatore della sua Religione, per stabilito della quale bā tan-
to, e così felicemente trauagliato fino à veder fondato in così poco tem-
po sedici Case, si rende verisimile, che mai babbia riguardato altro fine,
che il miglior governo della medema, nel quale procuera mantenerla,
come lo comprouono il voto uniuersale di tutto l'Ordine nella prima
Congregatione Generale &c. e per esser conforme all'idea del Servo di
Dio Bentacur, che diede la prima pianta à queſt'Ordine, e nominò queſt'
uo Generale Esecutore del suo Testamento, e Superiore maggiore perpe-
tuo, con la facoltà di far statuti per il baon governo della Communità
de Fratelli congregati per scruir à poueri.

45 Neque nota ambitionis probata dici potest ex eo, quod P. Rodericus
Generalatum exercuit per spatium viginti annorum, cum nihilominus
iuxta Breue Innocentianum fuerit creatus ad sexennium, nām hæc est
manifesta calumnia. Nām Innocentius XI. creavit P. Rodericum à
Cruce in primum Generalem ad sexennium, quod incipere voluit à
die, quo ingrediceretur Conuentum de Guatemala, Summario nostro
num. 4. lit. C. ibi = Praefatum quidem Rodericum à Cruce in primum
Superiorem Generalem dīlē noua Congregationis Fratrum Bethleemi-
tarum ad sexennium, à die quo idem Rodericus ad Civitatem Guatema-
la in Indijs sapradictis possum aduenerit numerandum.

46 Duo itaq; prænotari oportet pro detegenda irrelevantia obiecti. Pri-
mum, quod Sum. Pontifex voluit, quod sexennium incipere deberet à
die, quo ingrediceretur Civitatem de Guatemala, aliud, quod illum

con-

constituit Generalem non simplicis Confraternitatis, sed nouę Congregationis Regularis, & sic postquam Breue fuisse executioni demandarum, & Religiosi ad Professionem admissi. Cum autem Pater Rodericus ab anno 1687. usque ad annum 1696. coactus fuerit commorari in Villa Matriti pro obtinendo passu dicti Brevis, utque illud posset executioni demandari, utque illud spatii temporis, quo Brevis executione suspensa remansit, nequit ullo pacto computari, neque tempus Generalatus eo tempore currere poterat, tūm quia ad Civitatem de Guatemala conferre se non valuit, tūm quia Breue non fuerat executioni demandatum.

47. Quin obstat, quod P. Rodericus, cum in Villa Matriti moraretur, vicez Generalis exercuerit, dum deputauit Vicepræfectos Generales, & Prefectos Hospitalium, quod exaduerso probari prætenditur in contraria Facti §. 14. ex particula cuiusdam Manifesti exarati à Patre Francisco à Sancto Antonio, & distributo in Regio Consilio Indianorum, quod manifestum nullo documento iustificatum continet meram assertiū P. F. Francisci à S. Antonio, & proinde nihil probat, quinimo sicuti non probaret, etiam si P. Franciscus id ipsum sub iuramento deponeret, multo minus probare potest narrativa voluntaria. Verum quoniam id esset verum, P. Rodericus dictas deputationes non fecit tamquam Generalis creatus ab Innocentio XI., cum Brevia non essent excursioni demandata, sed id facere poterat tamquam Prefectus maior factus à Fundatore durante sua vita, ut ex Summ. hodierno n. 9. prole Confraternitatem Bethlemiticam tamquam Prefectus maior à Fundatore deputatus semper gubernauerat.

48. Præterea tunc Cōfraternitas Bethlemitica non erat in statu Congregationis Regularis, nam retardato passu Breuum, illisque executioni non demandatis nullus Confrater Religiosus reperiens batur, nec vota solemnia emiserat. Innocentius autem XI. deputauit P. Rodericum in Generalem non Confraternitatis secularis, sed Congregationis Regularis, iaut eius Generalatus incipere non poterat, nisi à die, qua in utroque Regno publicatum esset Breue Erectionis, & omnes Confratres essent ad professionem solēnem admissi, quia tunc dici poterat vere Generalis Congregationis Regularis ab Innocentio XI. creata, ut patet ex verbis supra transcriptis.

49. Neq; clausula, quod sexennium incipere deberet à die, qua P. Rodericus ingredieretur Civitatem de Guatemala fuit à Summo Pontifice oscitantē, & inconsideratè apposita, sed illa apposita fuit maxima cum maturitate. Sciebat enim Summ. Pontifex, quod retardari possit ex pluribus accidentibus discessus P. Roderici ab Europa, sciebat quod ille Generalatus exercere non poterat, nisi postquam omnia hospitalia redacta fuissent ad Congregationem Generalem mediante Religiosorum professione, & Breuum publicatione, nām ante Breuum acceptationem poterant Confratres Hospitalia relinquere, & proinde illum voluit creare Generalem Congregationis Regularis, & non.

simplicis Confraternitatis , & proinde eius intentio fuit , quod post publicationem Breuium , & postquam Confratres illa acceptassent , & professionem solemnem emisissent , ac ipse perueniret ad Ciuitatem de Guatemala , eius Generalatus inciperet .

50. Eadem responsione refellitur subalternum obiectum , quod scilicet postquam P. Rodericus se contulisset ad Conuentum Mexicanum , mali- tiose distulit se conferre ad Conuentum de Guatemala , ne inciperet tempus sex annorum . Etenim facilis est responsio . Nam quemadmodum erectione Congregationis Regularis solemniter publicata fuit in Civitate Mexicana post obuentum Regium exequatur à Prorege Mexicano , ita quoque necesse erat obtinere Regium exequatur à Prorege Regni Peruani , ibique pari solemnitate Breue erectionis publicare , & Religiosos Hospitalium dicti Regni , qui sunt in longe maiori numero , quam Regni Mexicanii , ad professionem admittere , & necessaria erat in Regno Peruano presentia P. Roderici propter magnam illius autoritatem , ad effectum ne Breuis erectionis publicatio impeditetur . Vnde si P. Rodericus cum discrimine vita sua in- zate septuagenaria , se contulit pro bono Religionis ad Regnum Pe- ruanum assumendo iter maritimum aded periculosem , idque zelo perficiendi , quod incepverat , ibique facultatem obtinuit solemniter publicandi Breue erectionis , prout fuit publicatum , pari , & maiori solemnitate , si ibi omnes Religiosos ad professionem solemnem admisit , si ibi coactus fuit à Prorege Peruano commorari pro constructione aliorum trium Hospitalium , utique P. Rodericus , qui in tam senili zate tot labores sublinebat pro sua Religione , dici non potest mali- tiose distulisse se conferre ad Ciuitatem de Guatemala , quia facilius credere poterat in Regno Peruano mori posse , quam ad Regnum Mc- xicanum se conferre , & iterum propriam vitam periculis exponere , quod si ambitione fuisse derentus , in senili zate gratia Generalatus frui debuisset in Conventu de Guatemala , non autem tot laboribus vitam defatigare , nisi amore Religionis ab ipso fundata , & zelo illius propagationis fuisse derentus , itaut per consequens fatendum est sexenniom generalatus incipere non potuisse , nisi à die quo ingressus fuit Ciuitatem de Guatemala , scilicet ab anno 1703 . quo ad d . Ciuitatem se contulit , cum haec fuerit mens specifica Innocentij XI .

51. Verum non versatur circa hunc articulū nostra quæstio , quia P. Rode- ricus paratus semper fuit , & est paratus dimittere Generalatum , dum- modò perpetuitati illius consulatur pro bono regimine dicitur Societatis , mediante approbatione statuti super illius perpetuitate , dum hoc solum uniuersa Religio semper concupiuit , & contentatur , vt addicatur servitio infimo viuis ex hospitalibus , cui paratus est tam- quam infimus inseruire , cum hi sint sensus per ipsum aperti Procura- tori Generali in Urbe commoranti , quia summa virtutes illius aliud ambiere non possunt , nisi obseruantiam regularem , illiusque consecra- tionem in Congregatione suis laboribus crederet , & ad praesentem situm

tum ex nihilo pénitū rediōx, & hæc est sua ambitio, hæc sua cupi-
ditas, hæc sunt sua vota, prout præsumi debet de quolibet Funda-
to eiuslibet instituti, cum nullius amor amorem paternum vincat.

52. Sublata oppositione obiecta ambitionis nunc remouere superest
obiectum circa crimen inuersionis Constitutionum Apostolicarum,
super quo veritatem EE. PP. fateri oportet, que ita se habet. Post-
quam Rodericus à Cruce ad Villam Matriti se conculit pro obtinen-
do passu Breuium Apostolicorum, fuit ad eum ablegatus ab Indijs
P. Michael à Iesu Maria post receptionem in Indijs copiam Brevis Inno-
centiani, eique exposuit m̄gretum, quo angebantur Confratres ex
quo statuta non fuerat Generalatus perpetuicas, quodque concessa
fuerat Confratribus cuiuscumque hospitalis facultas eligendi sibi
Præfatos. Quo circa P. Rodericus ostendit P. Michaeli Firmianam
Institutionem, qua illum solatus fuit, dum ex ea apparebat esse in fa-
cultate Religiosorum immutatio dd. Constitutionum & convenerunt,
vt pro speciali Confratrum consolacione imprimetur Constitutiones in lingua Castellanam traductæ, utque in margine Constitu-
tionum concernentium gubernium dictæ Congregationis imprimetur
Instructione Georgei de Firmianis, adhoc, vt Confratres seirent, & in-
telligerent esse in eorum potestate constitutiones Innocentianas im-
mutare, & optatum gubernium stabilire, & proinde impressæ fuerunt
constitutiones in lingua Castellana, & in eorum margine Firmiana
Instructione, prout probatur ex Summario partis num. 4. ibi: Cum veri-
tas sit, quod in margine traductionis apposita fuit talis adnotatio, me-
ita disponente, ut omnes Religiosi nostri Ordinis notitiam haberent In-
structionis Firmiana, quam mecum serebam pro effictibus in dictis no-
tis marginalibus indicatis, ut ex collatione ipsius instructionis com-
prehendebatur.

53. In actu vero traductionis competens fuit constitutio in cap. 9. §. xx.,
in qua cauebatur, ut dimissus remaneret à votis absolutus Summario
præterito num. 2. litt. V. ibi: Si quis fratrum non fuerit aptus ad domus
edificationem, & pauperum seruitutem, & cum charitate aliquoties
admonitus incorrigibilem se demonstraverit, Prefectus certiorē faciet
Prefectum generalem, ut iubet una cum Assistentibus illi missione
facere, & dimissus à votis absolutus remanebit: In traductione huins
constitutionis animaduersum fuit per homines doctos, quod illa ope-
rabatur, ut vota non essent solemnia, sed simplicia, quocirca Patet
Rodericus de la Cruce, & Fr. Michael à Iesu Maria consuluerunt PP.
doctos, & grauissimos in Villa Matriti, nempè Patrem Iosephum de
Ortega, & Patrem Reynadum Cathedricum Princis in Accademia
Salmaticensi, & Confessarium Reginae matris, qui existimarent in di-
cta constitutione per errorem non fuisse appositam dictionem non
contra mentem Summi Pontificis, quodque proinde addi poterat in
traductione dicto Summo bodoerno num. 5.

54. Impressæ itaque fuerunt præcipitata constitutiones in Villa Matriti

in lingua latina , & in eis nulla apposita fuit additio, aut nota marginalis, & in eodem volumine impressa fuerunt constitutiones in lingua Castellana , qua omnes Religiosi videntur , & in hac traductione impræcitatæ constitutione apposita fuit illa dictio non , & in margine illius impressa fuit instruclio Georgei Firmiani , quod alia de causa sicutum non fuit,nec fieri potuit, nisi adhuc omnes Religiosi , qui vñanimi consensu desiderabant gubernium quasi Monarchicum, & Generallatus perpetuitatem, quod consequi non valuit Fr.Rodericus, scirene dictam speciem gubernij posse per eos immutari, quodque erat in eorum potestate, & facultate illam statuere , & subinde supplicare Sanctissimo pro confirmatione .

35. Quodque dictæ constitutiones præmisso modo impressæ fuerint, ita ut in corpore constitutionum traductarum nihil additum , aut diminutum fuerit liquet ex Summario Partis num.4. ibi=Inter alias falsitates, qua in dictis Epistolis , & in voto Aduocatorum redarguuntur altera prætenditur, quod nota marginales adiectæ in quaterno constitutionum impressarum traductarum in idiomate Castellano suspectæ considerari debent , & maximum crimen præferentes erga Sedem Apostolicam , ita ut proinde dubitari possit de illius indignatione, quodque Summus Pontifex extinguat Religionem , ac si noua aliqua constitutio adiecta fuisse in ipsis originalibus constitutionibus latino idiomate expressa, in yisque inserta , & deinde adnotata in margine traductarum , quando re vera nec in earum originali, nec in corpore traductionis talis insertio reperiri vñquam possit, cum veritas sit, quod in margine traductionis apposita dumentat fuit talis adnotatio, me ita disponente , vt omnes Religiosi nostri Ordinis notitiam haberent instruclionis firmiana &c.

36. Idque est aded verum ut in particula asserti manifesti , seu libelli famosi publicati anno 1709. à Fr.Francisco à S.Antonio Fr.Rodericus non redarguitur de alio , nisi quod in traductione constitutionum in impræcitatæ constitutione expulsorum addita reperiebatur prædicta dictio non Summario Partis num.4. lit. A.

37. Hæc autem est facti veritas,verum quia nullus ex Religiosis usque ad annum 1703. de additione dictæ dictiōnis suspicauit , & Reverendissimus Pater Rodericus inquietus reperiebatur, hinc in Congregatione generali celebrata Guatimala factum exposuit, & conclusum, ut super dicto punto consuleretur Sedes Apostolica , & adhuc effectum inter alia in instruclione Procuratori Generali data , ei iniunctum fuit, ut factum exponeret Sedi Apostolice , & pro remedio opportuno consuleretur .

38. Cum autem Pater Joseph à S. Angelo anno 1707. post discessum Reverendissimi Generalis à Regnis nouæ Hispaniæ destinasset Viceprefecturam generalem usurpare, & contra Generalem insurgere, cogitans rem arduam assumere ob communem opinionem virtutum Patris Roderici, disseminare cepit præinsertam constitutionem de expul-

sis fuisse alterata à Patre Roderico, quodque vota, quæ emitteban, erat in nostra Religione erant simplicia; Ipse enim erat omnium conscientis, ex quo tamquam primus Affiliens Generalis in dicto Capitulo, sed Congregatione Generali de Guatimala nouas constitutiones subscripterat *Summario principali num. 7. in fine*, vbi Fr. Rodericus facti veritatem aperuerat.

59. Disseminata inter Fratres, & Religiosos hac nonitate, ex ea procedere cuperunt inconuenientia in nostra Religione: ex quo plures Religiosi indecet sibi suadebant votis non esse ligatos, & alij habitum elecerunt, alij expulsi matrimonio contraxerunt, & hæc suor mala, de quibus conqueritur in sua Epistola Fr. Bartholomæs à Regibus conscripta Reuerendissimo Generali, & ab eo petens instructionem, quæ gubernari debebat eidem significando, quod eodem anno publica facta fuerat constitutio, quod electi à votis absoluti reperiabantur *Summario Partis num. 7.* in quo cauendum est ab apostillis marginalibus; cum in corpore Epistolæ non legantur ea, quæ in apostillis apposita fuerunt; cum illa epistola sit prudentissima, & solùm in ea referantur scandala, & casus, qui contigerunt ex publicatione dictæ constitutionis circa Expulsos, & petit à Reuerendissimo Generali modum, quo gubernari deberet quoad Expulsos, & nihil aliud continet ex ijs, quæ in apostillis marginalibus apponuntur, ut ex lecturas appetat.

60. Cum autem subinde Frater Joseph à Sancto Angelo aliquos Religiosos Conventus Mexicanus subleuasset in principio anni 1707., & usurpasser Prefectoram dicti Conventus, & Vice-prefectoram generalem, primæ partes illius fuerunt accusare Patrem Rodericum apud Inquisitorem Mexicanum tamquam constitutionum Apostolicarum inuersorem, ex quo apposita fuerat in traduictione constitutionis Expulsorum dictio *Non*, quodq; in margine constitutionum traductarum apponuerat instructionem Georgij de Firmianis, sed nihilominus Inquisidores instructi de facti veritate dictas constitutiones anno 1707. prohibuerunt non ex alia causa, nisi, quia impressæ fuerant sine debitis licentijs *Summ. partis num. 6.*

61. Vident itaque Fr. Joseph à S. Angelo nihil agere potuisse cum Tribunali Inquisitionis Mexicanæ post publicatum decretum Inquisitionis diæ 23. Augusti 1708. sub suppœsto, quod in Conventu Mexicano comperijset alium librum impressum constitutionum in lingua Castellana, in quo in corpore constitutiones erant alteratae, die 29. mensis Augusti eiusdem anni fecit à quodam Notario illum collationare cum alio libro constitutionum, & dictus Notarius testatur multas constitutiones in hoc secundo libro fuisse alteratas, & super hac alteratione in contraria facti sit magnum fundamentum exaggerando predicas constitutiones in corpore fuisse alteratas à Patre Roderico de la Cruce ad decipiendos Fratres, & stabiliendum suum gubernium, sed istæ exaggerationes exaduerso fiant contra veritatem, & sine ullis

facti probationes; idque evidenter comprobatum remanet, ex eo quod
in codice Archivio Mexicano reperti fuerunt, ibique conservabantur 452.
quinterni dd. constitutionum alteratarum, *Summario partis num. 2^a*
lis. K. Ciò non s'aprerebbe se non vi fosse proua reale l'efferiti trouati nella
sola Libraria di quella nostra Cosa di Messico più di 452. quin-
terni di traduzione della detta impressione; cum de cetero in
constitutionibus impressis in lingua Castellana de ordine Patris Ro-
derici non adessent, oīsi aduententia marginales instructionis Domini
Georgij de Firmianis, ut liquet ex *Summario Partis n.4. vers.* cum ve-
ritas sit, quæ verba superius transcriptissimis, adeo ut ista machio in-
versionis constitutionum, super qua exira causa opportunitatem tan-
quam fundatum constituit, si metu calunnia ad effectum iniuri-
andi Patrem Rodericum aliquo fundamento, quod ideale dete-
rum remanet.

62. Procedit Dominus exaduerso scribens ad ulteriores accusationes
contra Reverendissimum Patrem Rodericum à Cruce, & dicit n. 13.
quod licet dd. constitutiones legi deberent in resectorio, nihilominus
Pater Rodericus prohibuerat legi Capitulum nonum dd. constitutio-
num, in quibus agebatur de gubernio dictæ Religionis, & ad id pro-
bandum nullo alio probationis genere vteatur, nisi particula manifesti
facti à P. Francisco à S. Antonio.

63. Sed hoc est nouum genus probationis; nam quis vñquam Doctor
somniauit, quod manifestum, sive libellus famosus igne potius com-
barendus adduci possit ad facti probationem, si enim id esset verum
nonne potuissent id deponere omnes PP. d. Ordinis? quo pacto fides
est adhibenda manifesto, sive libello famoso, & particulis illis, quod
potius sepeliri debebat tamquam voraci pena dignum? An totum id
quod Fr. Franciscus dicere ausus fuit in dicto manifesto habendum est
prid. Euangelio? An si idem Pater id cum iuramento deposuerit, esset
illi credendum multo magis, quando dictum manifestum, neque
est ab aliquo subscriptum, neque ea, quæ in eo assertuntur aliquo
documento justificantur: nonne pudet Aduersarium huiusmodi ma-
nifesto vti prid irrefragibili probatione in toto Summario, licet illud
occultare debuisse, cum contineat voluntariam facti relationem nul-
lo facti documenti justificatam, essetque res quidem noua, ut stari de-
beretur merita assertioni Fratris Francisci à Sancto Antonio, qui fuit
author dicti manifesti, ut ex hodierno *Summario num. 7.* quando po-
tius, quod madmodum illi non derulit Supremum Confilium Iodatium,
vbi fuit à d. Patre Francisco praescoratum, multo mindis deferri debet
ab hoc Supremo Senatu.

64. Ulterius redargitur P. Rodericus: quod cius mens fuerit, ut iux-
ta ipsius intentionem Religio regeretur, etiam Sedes Apostolica re-
laxaretur, dum in instructione data Patri Michaeli à Iesu Maria man-
dauit, quod nihil à Sede Apostolica acceptaret, quod esset contrà
dictas Constitutiones *Summ. Partis num. 1. lis. B.*

65. Verum innocentia P. Roderici defendunt verba Summarij exadverso allegati, in quo quicquam aliud non legitur, nisi verba sequentia ibi = *nunquam desistendo à sollicitatione dictorum punctorum substantialium extractoru[m] à dictis votis factis in dicta Congregatione, & quamvis dictorum punctorum aliquod, vel aliqua denegentur defuper interponantur humiles, & repetita instantia, & supplicationes, usque ad dictam gratiam obtainendam;* An antem ex dictis verbis deduci possit consequentia, quam ducit Fr. Franciscus, quod scilicet Pater Rodericus, etiam si Sedes Apostolica reluctaretur, adhuc tamē regere vellet Congregationem in spretum Sedi Apostolice, confidere EE.VV.

66. Factum, quod exadverso exponitur §. 31. & seqq. super auxilio praestito P. Iosepho à Sancto Raphaele non debet tribui P. Roderico, qui in dictis aribus non interfuit, ut ex *Summario Partis num. 31.* sed factum ita se habet: Deputauerat P. Rodericus de la Cruce in Praefatum Domus Mexicanæ Patrem Iosepham à Sancto Raphaele, qui dum se conferebat ad d. Hospital, fuit carceratus à Patre Iosepho à Sancto Angelo, & carceratus ductus ad Conuentum Mexicanum, à quo se proiecit per fenestram, & se contulit ad Collegium Societatis Iesu *Summario bodierno nu. 10.*, & subinde associatus à PP. Societatis se contulit ad Proregem, & petiit sibi auxilium impartiri, prout fuit impartitum. Idecirco nescimus quo pacto hoc factum tribuatur P. Roderico tunc commoranti in Conventu de Guatemala per ducentum leucas distante à Conventu Mexicano.

67. His ita enucleatis nunc procedimus ad excludendas assertas, & declaratas nullitates Constitutionum editarum in Congregatione Generali de Guatemala; Et primo se offert quæstio = *An factum fuerit Capitulum Generale, vel potius Congregatio Generalis.*

68. Sed ista est quæstio nominis, cum idem sonet, idemque imporet Capitulum Generale, & Congregatio Generalis; Differentia autem, quæ considerari potest est in scripta, quod scilicet aliud est Capitulum Generale electionis, seu Congregatio Generalis electionis, aliud vero Capitulum Generale pro faciendis Constitutionibus circa regimeno, & gubernium alicuius Congregationis, seu Religionis: Capitulum Generale electionis ita definitur à *Passarino de elect. Canon. cap. 4. sit. de Capit. electionis num. 3.* ibi = *Tale ergo electionis Capitulum designari potest, ut sit multitudo Electorum habentium, conditiones ad eligendum necessarias, & certo loco, & tempore ab eo, qui praest, congregatorum, ut ex eis resultet quedam legalis, & simulata persona, qua iuxta Canonicas institutiones Pralatum Ecclesie viduata eligat.*

69. Aliud est Capitulum Generale, quod congregari debet ad effectum faciendi Constitutiones super reformatione, & super regimine Religionis, & in hoc Capitulo intervenire debent Prelati singulorum Conuentuum, seu Monasteriorum, ut expressè determinat *Textus*

in cap. in singulis de statu Monachor. ibi = In singulis Regnis , scilicet Pro-
vincijs fiat de trienio in triennium commune Capitulum Abbatum , at-
que Priorum Abbates proprios non habentium &c. ad quod uniuersi
conueniant præpeditionem Canonicam non habentes apud unum de-
Monasterijs ad hoc aptum = Quanam autem sit potestas huius Capitu-
li explicat in d. Textu idem Summus Pontifex S. Huicmodi , ibi=Hu-
icmodi vero Capitulum aliquot certis diebus continua iuxta morem
Cisterciensis Ordinis celebretur , in quo diligens babeatur tractatus de
reformatione Ordinis , & obseruantia Regulari , & quod statutum fue-
rit &c. inuiolabilitate obseruetur omni excusatione , contradictione , &
appellatione remotis Aliam Honorij Tertij Constitutionem transcri-
bit Gonzalez Tellez in disto cap. in singulis nu. 3. ibi = Sancti nostri
eius auribus intimatum , quod cum ante Generale Concilium apud Mono-
sterium vestrum filii Abbas , & Prior Sancti Victoris Abbatum , & Prio-
rum Abbates proprios non habentium vestrum Monasterio subiectorum
Ordinis vestri Commune Capitulum celebrari , & per illud de suis Clau-
stribus extirpari spinas , & plantari genimina in iisdem &c. discretioni
Vestra mandamus quatenus connotatis Abbatibus , & Prioribus Abbates
proprios non habentibus Ordinis vestri celebretis apud Sanctum Victo-
rem eamque Capitulum iuxta morem solito , & procedatis in eo Deum haben-
tes præcoulis iuxta Constitutionem Concilij memorati eadem censura fa-
cturi , qua in eo deliberatione prouida fuerint ordinata , formiter ob-
servare .

70. Huiusmodi autem Capitula diuersimode nuncupantur , nam nun-
cupantur Capitula , nuncupantur Congregationes Generales , nuncupan-
tur Dietæ , ut rectè aduertit Joan. Andreas in capis. Capitulo de re-
script. ibi= Capitulum dicitur illa multorum Religiosorum Congregatio
qui certo aliquo , & determinato tempore ad aliquod peragendum con-
veniunt , & probat Lezana tom. 7. cap. 12. num. primo , Garnia in politic.
Regularium tract. 6. dub. 1. difficult. 1. Nulla itaque adest differentia
inter Capitulum Generale , & Congregationem Generalem , scilicet Die-
tam generalem , cum haec sit quæstio nominis. Differentia autem existit
inter Capitulum Generale , in quo est tractandum de Ordinis regimine ,
aut reformatione , in qua de iure votum habent soli Prelati Conve-
nuunt , & Monasteriorum , ut probant Text. suprà expressi , & Capitulum
electionis , in quo interueniunt omnes , qui de iure constitutionibus Or-
dinis seruatis , sed conseruidine votum habent in electione Genera-
lis , & hoc nuncupatur speciali nomine Capitulum electionis , quod
sunt diffinitum à Passerino , qui specificum de illo facit quæstum.

71. In Constitutionibus Innocentij editis prò Congregatione Regulari
Bethlemitica , solum data fuit forma , & designati Vocales prò elec-
tione , in qua Generalis deberet eligi , & nullum verbum legitur de
Capitulis Generalibus , ut liquet ex Summario nostro n. 2. lit. I. vnde
illa collectio Vocalium , quæ sit pro electione Generalis ad suum
vocabi potest Capitulum electionis , de quo Passerino , ubi suprà ,
quod .

quodque Innocentius in dictis Constitutionibus nihil aliud egerit, quam designare Vocales, eorumque qualitates pro sola electione Generalis liquet ex lectura ibi = *Electione Praefetti Generalis debet fieri p Vicario Generali, à quatuor Affilientibus, & Secretario Generali, ab omnibus Fratribus Praefettis, & antiquiori Difereto quorumcumque Hospitalium, necnon à Magistris Novisiorum, ad quem electionem, aut personaliter, aut per Procuratorem legitimum, qui tamē esse negat, neque ullus ex fratribus residentibus in domo, ubi fiat electione, nōc ullus qui alias non sit vocalis, conuenient omnes &c.*

72. Cum igitur in nostris Constitutionibus nullum fiat verbum de Capitulis Generalibus conuocandis pro statuendis ijs, quæ spectant ad regimen Religionis, & conservandam disciplinam Regularem, neque de Vocalibus, qui debent in dictis Capitulis interuenire, sed dumtaxat disponant de Vocalibus quoad electionem Generalis, utique Vocales Capituli Generalis pro faciendis Statutis, & Constitutionibus desumendi sunt à loris dispositione in dicto Capitulo = *In singulis = cum concordantibus, ita ut ea, quæ statuta sunt circa Vocales electionis ex particularibus circumstantijs, non sunt trahenda ad Capitula Generalia conuocata pro faciendis Statutis, & Constitutionibus, de quibus nihil dispositum apparet in prefatis Constitutionibus Innocentianis.*

73. Verum, quatenus etiam Capitulum Generale esset constituendum ex ijsdem Vocalibus, quibus Innocentius XI. in dictis Constitutionibus componi voluit Capitulum electionis, adhuc in casu nostro, non solum interueniente Vocales Capituli electionis, sed dictæ Constitutiones factæ fuerunt de communali omnium Religiosorum consensu absque ullius penitus discrepancia, aut minimo dissenso, & quidem reiteratis actibus solemnibus, ut infra ostendemus, ita ut Capitulum de Guatemala non solum dicendum sit generale, sed generalissimum tamquam compositum ex omnibus individuis, & Religiosis totius Religionis Bethlemiticæ.

74. Et hinc cessant nullitates oppositæ propter Vocalium defectum, sed non interuentum: Dum virtualiter non solum interfuerunt Vocales, sed etiam omnes Religiosi.

75. Ultrà quod defectus Vocalium non ipso iure acta Capitularia annullat; Nam aut Vocales fuerunt legitimè vocati, & non comparuerunt, & tunc Capitulum Generale celebrari potuit cum illis Vocalibus, qui interfuerauit ad Text. in cap. cum nobis, & cap. quod fecit S. Si autem de elec., & cap. Et Ecclesiæ vestra z. de elec. Lauor. vor. clucubrat. tit. 4. cap. 17. num. 25., Pafferin. de elec. cap. 11. num. 45. & seqq. Card. de Luca de regular. disc. 53. num. 8. Aut Pars aduersa pretendit Vocales non fuisse vocatos, sed fuisse spretos, quodque hac ratione in Capitulo Generali non interfuerint, & hoc casu Capitulum non esset nullum ipso iure, neque ista exceptio est à tertio allegabilis, sed solum ad instantiam Vocalium spretorum posset Capitulum an-

nullati *Lauor.usr.* clucubr. at. som. 1. tit. 4. cap. 17. num. 15. *Barbos. Vt.*
decif. lib. 3. vol. 78. num. 11. Federis de Sen. conf. 148. & 241. in fine.
Card de Luc. de fideicom. disc 30. num. 17. ad eum huiusmodi exceptio
solium promoueri poterit ab ipsis Vocalibus spretis, non autem ab
aliis. Lauor. lucubr. var. tit. 14. cap. 17. num. 15. Sigismund. d' Bonon. de
elett. dub. 10. n. 3. Pifferin. de elec. cap. t. n. 120.

76. Agnoscit D. Exaduerso Scribens hanc nullitatem, quam princi-
paliter adducit, de luce non procedere, & proinde num. 46. aliam al-
legat nullitatem, dicendo quod suffragia non fuerunt libera, sed coar-
data, ex quo Frater Blasius à Sancta Maria Viceprefectus Generalis
Conventus Peruani, & Assistens Generalis fuit expulsus à Congrega-
tione de Guatema la quodque pariter fuit reiecta instantia Fratris Do-
minici à Iesu Maria Procuratoris Conventus Mexicanii.

77. Verum huiusmodi exceptio nullum habet veritatis fundamentum,
nec vlo documento iustificatur, nisi ex assertiva voluntaria facta in-
dicto libello famoso à Fratre Francisco à Sant' Antonio, de qua in
Summario Partis num. 34. Hac autem assertio Fratris Francisci Ad-
uersarij nullam penitus speciem probationis constitvere potest, cum
sia Principalis pars in hac Causa, & nullum habeat à luce privilegium,
ut suæ assertioni sit deferendum, cum non sit aliquis Euangelista ex
principijs notissimis.

78. Ultra quod est ab omni inverisimilitudine alienum, quod si vere
esset id, quod gratis exaduerso assentitur in manifesto, & supponitur
pro irrefragabili probatione in contraria Facti num. 46. facta non
fuisse aliqua protestatio, nullusque fuisse interpositus recursus: Imò
cum Frater Joseph à Sant' Angelo dicat Facti veritatem exposuisse:
Patri Borda, ad hoc ut suam sententiam proferret super validitate
aut inualiditate dd. Constitutionum, hanc circumstantiam, si vera
fuisse, non reticuisse, prout reticita fuit, & de ea nulla facta fuī men-
tio, ut liquet ex voto d. P. Borda *Summario Partis num. 19.*, & nihil
minus de ijs, quæ acta fuerant in Generali Congregatione de Gu-
atemala erat msgis informatus Frater Joseph à Sant' Angelo, qui in ea
intersuit tamquam primus Assistens Generalis *Summario nostro*
num. 7. in fine, quam Frater Franciscus à Sant' Antonio Aduersarius,
qui fecit manifestum, & in dicta Congregatione non interfuit: Vnde
si Frater Joseph à Sant' Angelo allegare non somniauit, quod in dicta
Congregatione de Guatema la intercesserint protestationes, quamvis
ipse esset concius de ijs, quæ in ea acta fuerant, tamquam primus Af-
sistens Generalis multò minus id dicere post Frater Franciscus à
Santo Antonio.

79. Frigidior quoque est alia exceptio, quod scilicet pro dicta Con-
gregatione Generali non fuerint vocati Praefecti omnium hospita-
lium: Nam de tempore Brevis Innocentiani fundata reperiebantur
vndecim Hospitalia, subinde vero P. Rodericus à Cruce in sua epi-
stola dicit ab anno 1693. usque ad annum 1703. fundasse alia quin-
que

que Hospitalia in Regno Peruano, id circa cum in Congregacione Generali de Guatemala non interfuerint, nisi Procuratores duodecim Hospitalium, vitique defecisse videntur Praetati quatuor Hospitalium, cum nihilominus etiam si unus Vocalis non vocetur, & quos sunt nulli, quia contemptus unius factis est ad eos irritandos.

30. Frigescit, inquam obiectum: Nam licet verum sit, quod P. Roditicus incubuerit fundationi quinque Hospitalium in Regno Peruano ab anno 1698. usque ad annum 1703. Nihilominus sicut in dicto tempore stabilita eorum fundatio, sed non adhuc etant in esse deductas neque in illis aderant Religiosi cum suo Praetato, quia nondum perfecta erat eorum fabrica: Imo quatenus sussent perfecti, & in illis adfuisse Religiosi cum suo Praefecto, alijsque Superioribus, adhuc tamen ista exceptio contemptus duorum Hospitalium Regni Peruani, non est allegabilis à Fratre Franciso, qui non est Procurator dd. Conuentuum Regni Peruani, nam, ut supra probavi, Capitula quæ sunt nonnullis Vocalibus contemptis non sunt nulla ipso iure, sed dumtaxat possunt annullari ad solam instantiam Vocalium contemptorum, qui pro se dumtaxat prosequi valent causam sui contemptus, & obtinere declarationem super nullitate Capituli, non autem ista nullitas est ab alijs allegabilis, prout ultra authoritates supra allegatas prebant Federie de Senis consil. 148. in fine vers. Præterea, consil. 214. in fine vers. Item dico. Et consil. 227. vers. ult., Crestens. decif. 6. de procuratore, Rot. coram Buratt. decif. 351. sub num. 4., & in Recensior. decif. 467. num. 35. part. 19. tom. 2. Conclusiones allegatae quod scilicet Capitulum Generale non possit reuocare Constitutiones Apostolicas praeterea quoties in Constitutionibus Apostolicis adsit decretum irritans non procedunt, seu limitantur in casibus per nos explicatis in nostra prima Facti allegatione quoties scilicet confirmatio Apostolica intercessit pro maiori statutorum efficacia ut probavi in mea Facti num. 29., vel quoties Constitutiones confirmatae à Sede Apostolica concernunt fauorem statuientium, tunc enim indubitatum est posse statuentes non obstante Apostolica confirmatione ab illis recedere, & alias de novo facere Constitutiones, ut probavi in dicta mea Facti num. 30. Quodque in casu quo statuta concernante fauorem statuenter nihil operetur clausula decreti irritantis plene etiam probavi in dicta mea Facti num. 31.

31. Et cum praecitata distinctione conciliantur omnes authoritates hinc inde adductæ, ut ex earum lectura apparet, & videtur quoque admittere Dominus Exaduerso Scribēs num. 53., licet probare conetur Constitutiones Innocentianas immutatas in Congregatione de Guatemala non concernente fauorem Religiosorum, sed bonum commune Religionis. Cum de cetero principales Constitutiones, quæ impugnantur sint perpetuitas generalatus, & Praefectorum deputatio, que concernant particulare interesse Religiosorum, qui habent protestatem eligendi Praefectum Generalem quolibet sexenio, & facultatem.

ēem eligendi Præfectoros, quibus quidem Iuribus poterant ipsi renūciare, & constituere, vt Generalis esset perpetuus, vtque Perfectorum electio fieri deberet à Generali.

82. Indubitanter, quia in casu nostro in Congregatione Generali de Guatemala immutaciones factæ fuerunt ex causis urgentibus, & necessarijs in dd. Constitutionibus expressis, & quoties Causæ concurrant, etiam si fauorem statuentium non concernant, adhuc tamen constitutiones immutari posuerunt.

83. Idque procul, dubio, quoties prout in casu nostro non solum intercessit consensus Prælatorum, sed insuper geminatus consensus omnium Religiosorum pluribus vicibus in diversis annis, & diversis solemnibus actibus per Religiosos patelactus.

84. Quandoquidem indubitatum est, quod Constitutiones per Rodericum à Cruce præsentatae San. Mem. Innocentio XI. pro earum confirmatione factæ fuerunt non à P. Roderico à Cruce, sed ab omnibus Confratribus tunc in stato Religioso nondum manentibus, prout fas fuit coram Eminentissimo meo D. Card. Ponente Fr. Franciscus Aduersarius: In præcitatibus autem Constitutionibus decernebatur eadem forma Gubernij, quam subinde stabilita fuit in Congregatione de Guatemala; In illis enim statuebatur perpetuo Generalatus, & electio Præfectorum à Generali facienda *bodierno Summario* num. 3. Cumque dd. Constitutiones suissent in aliqua parte emendatae per Concilium Regium Indiarum, quod inter cetera addidit, vt futuri Religiosi proponere deberent tres Religiosos pro officio Generalatus ex quibus alter ex Proregibus Mexicanus, vel Peruanus, vnum ex illis in perpetuum Generalem depurare deberet eodem *Summario* num. 3. Immutatio facta dd. Constitutionum à Regio Concilio difficultatem peperit, ne illas in Romana Curia approbarentur, nam supositum fuit illas fuisse factas à Regio Concilio, & non à Religiosis; adeo ut cum P. Rodericus per plures annos frustra laborasset pro illarum approbatione, coactus fuit supplicare, vt Congregatio particularis illas emendaret, prout magis EE. PP. videretur, & Eminentissimi Cardinales statuerunt temporalitatem Generalatus, & Præfectorum electio, nec contra mentem Confratrum, qui prædictas Constitutiones ediderant.

85. Cumque P. Rodericus supplicasset, vt iuxta mentem Confratrum Eminentissimi PP. Generalatus perpetuitatem stabilirent, eique concederent Præfectorum electiones, aliasque prerogatiwas statutas in Congregatione de Guatemala, hinc ijdem Eminentiss. PP. eidem Fratris Roderico insinuaront, vt si vera esset Confratrum voluntas, poterant in Capitulo Generali referendo Beneplacitum Apostolicum dd. Constitutiones immutare, quia tunc absque ulla difficultate illas Sedes Apostolica approbaret, prout tota hac Facti series manifeste comprobatur ex instructione Georgei Firmani, cuius ingenuitas in Urbe nota est, vt liquet ex *Summario præterito* num. 6.

86. Et

36. Et quia Confessores tunc temporis egrave tulerunt, quod Pater Rodericus dictas Constitutiones quoad gubernium acceptasset, idcirco Pater Rodericus in Villa Matriti imprimere fecit Constitutiones in lingua Castellana, & in margine Constitutionum, quæ gubernium concernebant imprimere fecit Instructionem Firmianam, ut omnes Religiosi intelligere possent esse in eorum voluntate, & potestate Innocentianas Constitutiones in illa parte immutare, ut super probauimus, neque impressio Firmiana Instructionis alium finem poruit habere, ut cogitanti patet.

27. Obento passo dicti Brevis anno 1696. cum Pater Rodericus se contulisset ad Regnum Mexicanum, statim coactus fuit præcibus Religiosorum, qui seruore spiritus detinebantur, ut dictæ Constitutiones immutarentur, & statim congregata fuit Congregatio Generalis omnium Hospitalium Regni Mexicani, vbi non solum fuerunt omnes Constitutiones, quæ controvrentur, stabilizæ, sed pro majori aequum validitate, & subsistentia resolutum fuit, ut omnes Conventus, siue Domus renunciarent Iuri eligendi Præfectum, quod sibi ab Innocentianis Constitutionibus concedebatur, & alterum, ut omnes Communitates mandatum procuræ speciale conficerent, ad hoc ut in Congregatione Generali habenda in Conventu de Guatemala eadem Constitutiones approbarentur, quæ Instrumenta renunciationum, & mandata procuræ consignata fuerint Patri Michaeli à Iesu Maria in Procuratorem Generalem depurato ut illa exhiberet apud Sedem Apostolicam *Summario præterito num. 8. 5. 4. 5. 10. 14. 15. 16. , & 19.*

28. His ita stabilitis in Regno Mexicano Pater Rodericus se contulit ad Regnum Peruanum, ibique post publicatum Beeue electionis congregata fuit alia Congregatio Generalis omnium Hospitalium Regni Peruani anno 1698. & in eadem fuerunt approbatæ Constitutiones, id est in Congregatione Mexicana, & ibi Communitates omnium Hospitalium Regni Peruani, non solum per publica Instrumenta renunciaron Iuri eligendi Præfatos, quod sibi tribuebatur ab Innocentianis Constitutionibus *Summario num. 2.* Sed etiam dederat mandata procuræ specialia, ad effectum, ut in Congregatione de Guatemala approbarentur Constitutiones factæ in precedentibus Congregationibus Mexicana, & Limana dicto præterito *Summario num. 8.* Adeo ut præcitatæ Constitutiones non solum factæ fuerint à Vocalibus Capitoli electionis, sed ab omnibus Vocalibus Hospitalium utriusque Regni Congregatis in precedentibus Congregationibus Generalibus habitis in Conventu Mexicano, & Limano, proindeque interfuerint omnium Religiosorum consensus sine villa disceptantia, sine villa querimonia, sine villa protestatione, & adhuc in eadem sententia persistenter, nisi Pater Joseph à Sancto Angelo tot violentijs, & medijs illicitis contrarium susisset; & paucos Religiosos ad suam sententiam traxisset.

89. Neque dicatur quod ad præsens in hac Congregatione , non exhibentur, neque instrumenta renunciationum, neque mandata Procurarum specificalia facultate approbandi sancta in precedentibus Congregationibus Mexici; & Limæ, multòque minus exhibentur actus dd. Congregationum Generalium Mexicanæ, & Limanæ .
90. Siquidem cum liquidissimè appareat omnia præcita documenta fuisse consignata Patri Michaeli à Sancto Angelo Procuratori Generali ad Vrbem Romanam , & Sedem Apostolicam alegato , vt illas exhiberet, & produceret coram Sancta Sede pro facilitanda confirmatione Constitutionem, pro qua uniuersum Corpus Religionis supplicabat, & pro demonstrando unanimi Religiosum consensu Sum. nu. 8. & Fr. Michael à Iesu Maria fuerit seductus à Patre Franciscu à Sancto Antonio hic in Urbe, vt præcita documenta non produceret, aut exhiberet, prout non fuerunt exhibita , neque Congregationi particulari patefacta, vtique quoad dictum Patrem Franciscum à Sancto Antonio, qui collusit cum dicto Patre Fratre Michaeli à Iesu , & cuius causa producta non fuerunt, haberi debent prò productis.
91. Næc est negabilis collusio , quæ interesse inter Patrem Franciscum à Sancto Antonio aduersarium , & dictum Patrem Michaelem , dum in Urbe in eadem Domo viuebant , in simili sollicitabante circumscriptiōnem Constitutionum Capituli Generalis, insimili Eminentias vestras in formabant, adeòvt inter ipsos intercesserit summa concordia, maxima vniō , & nullus esse potest Testis magis certus , quam ipse Eminentia Vestra , & VV. EE. Auditores , qui infirmationes vtriusque reiteratis vicibus audiuerunt, ex positionibus etiam id ad oculum patet, dum instantiæ promovebantur ad instantiam vicinque, vt liquet ex hodierno Summ. num. 1. & proinde suppliceo EE. VV. vt dignentur illas reuidere , ex quibus hæc facti veritas comprobata remanet.
92. Ulterius dicti Fratres in simili ab Urbe recesserunt, insimili ad Civitatem Matriti se contulerunt, insimili in dicta Civitate habitarunt: in simili Serenissimum Regem in oppido de Corella petierunt: insimili sunt alloquuti, vt liquet ex depositione eiusdem Fratris Francisci à Sancto Antonio emissa coram Conservatore per ipsum Fr. Franciscum electo in Villa Matriti Summ. hodierno num. 11. Quid vlera dum piissimus Rex Catholicus mandauit Fratri Michaeli, vt præcita documenta consignaret, ipse habitabat cum Patre Franciscu à Sancto Antonio Regi quicunque temperare recusauit, quo circa mandauit Regio Fiscali Indiarum, vt illū ad restituendū scripturas compelleret Icoram Iudice Ecclesiastico , & quia factis instantijs etiam obedire recusauit, fuerunt relaxatae grauatorix contra Patrem Michaelem, de quibus Summ. præterito n. 30. & 31. & tandem à Domo Patris Francisci aufugit Summ. hodierno num. 11. crasa barba , abiecto habitu Regulari , & indutus habitu Seculari, prout repertus fuit in nauigio, quod ad Indias iter arripuerat Summ. præterito num. 32. Hæc autem fieri non poterant sine consilio, consensu, & participatione Patris, cum quo una simili cohabiti-

h idicabat, & una simul instantias promouebat pro passu breuis sanctissimi domini nostri. Sciebat enim pater franciscus quanx molis erat, ne præcita documenta pater michael à Iesu maria extraderet credens cum illis tolli defensionem nostræ religioni, idcirco si non obstante Regis mandato, non obstantibus grauatoriis, non obstante carceratione fr. Michael dicta documenta noluit extradere colludens cum patre francisco, qui unalimul cum eo viuebat, & instantias promouebat, vtique dicta documenta perinde habenda sunt, ac si essent producta, ut supra probauimus.

93. Quod autem in Generalissima Congregatione de Guatemala fuesint stabilitæ illæmet constitutiones, quæ præcedenter stabilitæ furent in Generali Congregatioone Mexicana anni 1697. cuius actæ consignata fuerunt Patri Michaeli à Iesu, qui facetur illos recepisse, dico & Summ. præterito num. 8. §. 13. ibi -- *Instrumentum Congregationis Generalis habita in Civitate Mexicana anno 1697.* necnon confirmatae furent illæmet constitutiones stabilitæ in alia Congregatione Generali celebrata in Conqueru Limano, cuius acta pariter Pater Michael à Iesu facetus sibi fuisse consignatas, vt liquet ex dito Sum. præterito num. 8. §. 25. ibi -- *Acta Congregationis Generalis habita in Civitate Limana anno 1698.* videtur sufficienter probari. Primo ex confessione emissa per Procuratores omnium Hospitalium Regni Mexicanæ, & Peruani in dicta Congregatione de Guatemala, & ipsum Patrem Iosephum à Sancto Angelo, qui in ea votum habuit, & interfuit tamquam primus Alsistens Generalis. dico Summar. præterito numer. 7. l. M. M. M.

94. In illa enim fassil sunt, quod ad eam conuenierant ad effectum stabiliendi ea, quæ in præcedentibus Congregationibus Generalibus celebratis in Conuentu Maxicano, & in Conventu Limano deliberatas fuerant, quodque concurrebat omnium Religiosorum consensus, vt liquet ex Summ. num. 7. l. M. ibi -- *Dixit quod sicut in præcedentibus congregatis, & conferentiis habitis diuersis diebus pro dispositione presentis actus explicauerat totum id, quod expediens iudicauit expōnere mature considerationi huius Congregationis, & significauerat resolutiones captas per duas præcedentes Congregationes Generales habitas pro nostris Hospitalitatibus S. Francisci Xauerij Civitatis Mexicana, & Beatissima Virginis de monte Carmelo Civitatis Limana reservata illarum matuori discussione pro hac presenti Congregatione, ad effectum, ut hic examinatis deliberationibus iam captis approbentur, seu suspendantur, cumque actus Congregationis Guatemala sint subscripti à Fratre Iosepho à Sancto Angelo d. Summ. num. 7. l. M. M. M. & in illis faciat eadem puncta suile iam præcedenter determinatae in Congregatione Generali Regni Peruani, vtiq; id negari non potest à Patre Francisco à Sancto Antonio Procuratore Patri Iosephi à Sancto Angelo, ex quo Procurator non potest impugnare ea, quæ suus Principalis fassus fuit ex principiis vulgatis.*

95. Nec

95. Hæc viderentur sufficere, verum quia hæc est causa Dei qui vult,
ut hæc noua planta ram proficua suis pauperibus adolecat, & non in-
troducantur semina dissentionum, partialitatum, & factionum, quæ
humilitatem huius Congregationis per necessitatem destruerent, operatus
fuit, ut Pater Franciscus mihi comunicaret publicum instrumentum
mandati procuraz cum instructione data Fratris Michaeli à Iesu Mariae
extraçum ex libris gubernij Conuentus Mexicanus Sum. bodierno nu.8.
litt. A. per Secretarium Patris Josephi à Sancto Angelo de illius man-
dato de Mense Octobris 1707. dicto bodierno Summ. num. 8. in fin. quod
quidem Instrumentum cum sit productum à Fr. Francisco à S. Antonio
contra ipsum plenè probat Rota coram Biblio decif. 643. num. 10. coram
Coccino decif. 2358. num. 23. & seqq. & in rec. decif. 52. num. 5. & 6.
par. 12. & decif. 433. nu. 4. par. 18. tom. 2. & per dictam productionem
censeretur approbare omnia in dicto Instrumento enunciata, & expressa,
ve in specie probant Decian. & alij in Cap. cum venerabilis de except.
Abbas conf. 22. in 2. dub. lib. 2. Ruin. conf. 141. num. 13. & 14. lib. 5. Cra-
uett. conf. 77. num. 8. Rota coram Merlin. acif. 148. num. 9. decision. 602.
num. 6. coram Buratt. decif. 238. num. 50. cor. Gregor. & in rec. dec. 249.
num. 6. par. 1. & decif. 160. num. 5. par. 18. ita ut ista confessio resultans
ex productione controverti nequeat. Ad Text. in Cap. per suas de-
probat Mafcard. de. probat. conclus. 348. nu. 43. Franch. Maf. dec. 453.
nu. 3. p. 3. cum pluribus alleg. per Ros. dec. 160. n. 7. p. 3. & dec. 421. n. 31.
& 4 p. 14. rec. & alibi passim.

96. Praesertim, quia sicut extraçum ex libris Conuentus Mexicanus à Se-
cretario Patris Josephi à Sancto Angelo, & de illius mandato: In illo
enim literis cubitalibus dicitur, quod fuerunt celebratae dictæ tres Con-
gregationes Generales scilicet una in Conuento Mexicano, alia in Con-
uento Limano, & alia in Conuento de Guatemala; quodq[ue] in omnibus
illis decretæ, & approbatæ fuerunt præcitatæ constitutiones, quæ pari-
ter fuerunt approbatæ generaliter, & particulariter; Particulariter qui-
dem in omnibus Hospitalibus, & Conuentibus, & Generaliter in præ-
citatæ tribus Congregationibus Generalibus, ut liquet ex bodierno
Summ. num. 8. ibi -- Interponendo repetitas instantias. & supplica-
tiones quo usque obtineatur d. gratia ex quo cognitum fuit per omnes
individuos d. Religionis in communione, & in particulari importantia dictæ
approbationis pro uniformi obseruantia nostri status, & perseverantia
nostræ Sacri Instituti, prout ulterius constat ex aliis factis ab omnibus
Conuentibus, & Hospitalibus in particulari, & in generali ex duabus
Congregationibus, quarum una celebrata fuit in hoc nostro Conuento, &
Hospitali Civitatis Mexicana, & alia in Hospitali D. N. Carminis
Civitatis Limana, & alia que ultimo loco celebrata fuit in Guatemala,
quorum instrumenta originalia consignata fuerunt Procuratori Generali
Fr. Michaeli à Iesu Maria.

97. Et magis specificè inferius ibi -- In Verbe præcedentibus istis, &
aliis ulterioribus diligenteriis, & dispositionibus, qua cognosceretur con-
venire

venire, casui, & bono exitui prætentorum, illas introducere semper
præculis habendo, & constanter insistendo pro approbatione paucitorum
substantialium, pro quibus uniformiter proclamat universa Religio par-
ticulariter cuiuslibet Conuentus, & Hospitalis, & generaliter ex iis,
qua petita, & resoluta fuerunt in prætitatis Congregationibus Genera-
libus, & aemum [in ultimo loco celebrata in nostra Domo de Berblen-
de Guatemala, qua sunt &c., & sic sequitur tener Constitutionum.

98. Ex hoc itaq; documento extracto per Secretarium Fratris Josephi
à S. Angelo ex libris Conuentus Mexicanii ex aduersa parte producto,
sed mihi communicato, cuius particula Pars Aduersa vitetur eius Sum-
mario Num. 1. appareat dd. Constitutiones fuisse stabilitas de consensu
omnium Conuentum particulariter, & omnium Religiosorum, & ge-
neraliter trium Congregationum generalium scilicet in illa celebrata
anno 1697. in Conventu Mexicano, & alia celebrata in Conventu
Limano anno 1698., & denique ex alia celebrata anno 1703. in Con-
ventu de Guatemala, adeo ut quanvis Fr. Franciscus à S. Antonio in-
duxerit Fratrem Michaelem à Iesu Maria Procuratorem generalem
ne dd. documenta produceret in Vrbe, eaque patefaceret huic Sacrae
Congregationi, quamuis illum induxerit, ne Serenissimo Regi Catho-
lico obediret circa dd. documentorum consignationem, ac ne etiam
obediret Reuerendissimo Vicario generali Tolerano, & Conservatori
per illos electo, quamuis illum seduxerit, vt potius apostaret, & di-
misso habitu religioso, ac induso habitu lœculari, enseq; præcincto è Vil-
la Matriti ausigeret, & potius substineret carcerationem, quam docu-
menta consignaret ad effectum tollendi nostræ Religioni defensiones,
nihilo minus Deus, qui est amator veritatis, induxit ipsum Fratrem
Franciscum, à Sancto Antonio, vt produceret documentum; in quo
expressis litteris legitur, quod præcitatæ Constitutiones de Guate-
mala factæ fuerunt cum expresso consensu omnium Religiosorum
particulariter dato in tribus Conuentibus, & in communis in tribus
Congregationibus generalibus, quarum vna sive celebrata in Con-
ventu Limano, alia in Conventu Mexicano, & tertia denique in
Conventu de Guatemala, ita ut dd. Constitutiones stabilitæ fuerint in
tribus Congregationibus generalibus, postquam fuerant præceden-
tē stabilitæ in omnibus Conuentibus particularibus, & approbatæ in
Congregationibus generalibus, mediancibus specialibus mandatis
procuræ ad illas approbandum, itaut de illis nequeat amplius du-
bitari, stante quod non possunt dd. documenta de præsenti exhiberi
proper notoriam distantiam, & ex quo ille magnus præuaricator Fr.
Joseph à Iesu Maria potius substineret voluit carcerationes, & apostate-
re, quam præcitatæ documenta consignare, ne hæc facti veritas pos-
set huic S. Sedii innotescere. Cognoverunt enim Fr. Michael, & Frater
Franciscus quanti ponderis futura erant præcitatæ documenta, & pro-
inde omni conatu studuerunt illa occultare, ne posset nouus Procura-
tor

tor illis vti pro defensione Religionis tanta fraude decepta à duobus Religiosis.

99. Quid ultra nonnd Fr. Franciscus à S. Antonio in contradictorio habito coram Eminentissimo Ponente absolute negauit celebratam fuisse dictam Congregationem generalem in Ciuitate Mexicana , ut cestari dignabitur Eminentissimus Ponens , & nihilominus in manifesto facto per eumdem Fr. Franciscum à Sancto Antonio ingenuè fassus fuit dictam Congregationem fuisse celebratam , omnes Communitates renunciasse Iuri eligendi Praefatos , & Congregationem de Guatema la fuisse celebratam cum mandatis procurar omnium Communatum bodierno Summ. Num. 7.

100. Probato ex præmissis consensu totius Religionis , & omnium Religionisorum sine vila penitus contradictione , qui comprobatus quoque remaner ex successiva obseruantia earumdem Constitutiones uniformiter executarum sine querimonia alicuius Religiosi , cessant omnia objecta circa nullitatem Congregationis de Guatema la sub prætextu defectus Vocalium , aliquique insubstantibus nullitatibus , dum probamus non solum consensum omnium vocalium , qui solus sufficiet , sed iustificamus intercessisse coensem omnium Religionis.

101. Non obstante , quod in prædictis Congregationibus duo præcepit stabilita faciunt , vnum videlicet , quod electiones Praeforum Hospitalium , qua vigore Constitutionum pertinebant ad Fratres viuiseniusque Conventos , impostorum fierent per Generalium , & alterum , quod Generalarus esset perpetuus , quodque ad primum tamquam contrarium dispositioni iuri , iuxta quatuor Praefecti Conventus eligi debent à Fratribus eiusdem ad Text. in cap. nullus elect. , non potuerunt dd. Congregations generales quidquam statuere contra Iuris dispositionem , & proinde Constitutio est nulla , & defectus potestatis .

102. Etenim dispositio d. Textus solum procedebat de Iure antiquo scilicet de eo tempore , quod vnum Monasterium ab alio non dependebat , neque habebant maiores superiores , sed quodlibet Monasterium suum Prælatum agnoscet , quæ proinde nequit habere locum , postquam experient facere vnum corpus , & gubernari ab unico Generali ; In hoc enim statu , ad quam omnes Religiones sunt redactæ , statuta quæ mandant Superiores Monasteriorum deputati à Generali non dicuntur contrarius , neque dicuntur nulla ex defectu potestatis , Sed id fieri potest , cum potius huiusmodi statuta iuxta præsentem statutum Religionum dicenda sint conformia iuri communis , ut probant Abbas in cap. Sacrosancta 51. num. 9. de elect. , Geminianus in cunctis sub num. 4. vers. secundo casu distincti. 61. , Selas de benef. par. 2. quæst. 22. sub num. 18. , Fagnani. in cap. nullus num 52. de elect. ibi et Quibus accedit , quod electione de Iure ad Capitulum pertineret , canones tamen non improbant , immo approbant Constitutiones Religionum , secund-

secundum quas illarum deputatio resoratur Abbasi, seu Generali Ministero: De hoc est Textus, & ibi Doctores in cap. Sacrojaneta infra elect. idemque probauit R.P.D. Seuerolus in alleg. facta pro Generali Cartibus in sua allegat. expressa post secundum tom. discept. Pitonijs §.25. sed etiam ex eo.

103. Præsertim in casu nostro, quia omnes Religiosi capituloiter congregati in suis Hospitalibus, & Conuentibus renunciarunt Iuri eligendi Praefectos, quod ipsis concedebatur per Constitutiones Innocentianas, illudque transtulerunt in Praefectum Generalem, ut liqueat ex Instrumentis consignatis Patri Michaeli à S. Angelo *Summario praterito Num. 8.*, & per gratiam Dei exaduerso non controvenerit: Non enim est dubium, quod Conuentuales possunt renunciare Iuri eligendi Superiorum, illudque in Praefectum generalem transferre, prout uno ore firmant *Sigismundus à Bononia de elect. Canon. dub. 15. num. 1.* in fin., *Donat. in praxi Regular. tom. 2. tract. 4. quæst. 35. num. 1.* ibi = *Electores in Cap. Conuentuali non eligunt Iure publici officij, sed Iure proprio, & priuato, cui licetum est renunciare, cum alijs auctoritatibus adductis in nostris præcedentibus informationibus.*

104. Eoque fortius, quia dictæ renunciationes fuerunt admissæ tam in Congregationibus generalibus celebratis in Conuento Mexicano, & in Conuento Limano *Summario bodierio Num. 7.*, quam in ultima Congregatione generali de Guatemala *Summario praterito Num. 7.* liss. LL., & liss. DDD., cum nihilominus adeò se extendat potestas dd. Congregationum generalium, ut sine consensu Conuentualium potuerint illis inhibere, ne dd. Constitutionibus vterentur circa Praefectorum electionem, ut probauit in mea præcedenti facti allegatione: *num. 37. præsertim ex Lezana operum regul. tom. 1. cap. 15. num. 100.*, & 101. ibi = *non obstante, quod secundum Ius commune electio Praefectorum pertineat ad Monasteria, seu Conuentus: Nihilominus Constitutiones, quibus præscribitur, quod Pralati immediati Monasteriorum faciant per nominationem factam à Generalibus, vel Pralati Superioribus valida sunt, & huiusmodi Constitutiones, seu ordinaciones sententur Monasteriis subdita obedire, nec amplius licet, aut validè Iure, eligendi uti possunt.*

105. Cum itaque in casu nostro non solum habeamus renunciationes factas à PP. cuiuslibet Conuentus, seu Hospitalis, sed etiam habeamus eatum admissiones factas in tribus Congregationibus generalibus, utique non videtur posse dubitari de illius validitate.

106. Indubitanter cum admissæ fuerint ex causis legitimis, & grauitibus expressis, & examinatis tam in præcedentibus Congregationibus Generalibus, & in singulis Conuentibus, & Hospitalibus, quam denique in Congregatione generalissima de Guatemala, ut ex *Summario praterito Num. 7. liss. CC. ex gratia legen.* Nam factæ, & admissæ fuerunt renunciationes, ex quo non expediebat has electiones Superiorum Conuentualium fieri per Conuentus, eo quia producunt fa-

stiones, ambitus, subornationes, & scandala quam plurima, dum Praepati electi solent esse infensi illis, qui suffragia non dederunt, alijs vero, qui dederunt partialissimi, corum vitia non corrigitur, & in libertate ponunt, vt aduerterit Suarez de Relig. Igo.4. tral.7.lib.1 o. cap.3.n.6., Lezzana oper. mocal. tom.4. consult. 13. n.86. cum alijs auctoritatibus adductis in praecedentibus informationibus.

307. Quæ si procedunt in qualibet Religione, ut continua experientia docet propter infinitas, & assiduos recursus, qui ad Sedem Apostolicam interponuntur, & sactiones sint ita notoriz in alijs Religionibus, in quibus sunt electiones, vt opus non sit aliqua probatione; quanto magis essent pernicioſe nostræ Congregationi, in qua Patres sunt, & esse debent Laici, non autem Sacerdotes, non habent studia, non pulpita, non confessionalia, nec scientias, sed totum eorum esse consistit in illa perfecta charitate inferuendi Infirmos, & in illa sublimi patientia, quæ si frigesceret mediante Superiorum conuentia potius erga yngm, quam aliterum, acutum esset de nostro Instituto, praesertim quia viount ex eleemosynis, ideoque nisi Christifideles videant Hospitalia deseruiri cum illa perfecta charitate, quæ hucusque insequierunt, cessabunt eleemosynæ, ac cessabit, & destruetur Institutum adeo in illis Partibus laudabile, & necessarium, neque charitas alio modo seruari potest, quam per deputationem Praefectorum independentia voluntate Religiosorum Hospitalium, quia tunc equalance Iustitia administrabitur, defecus punientur, & relaxatio non tolerabitur.

308. Quin obster, quod dictæ electiones non concernant priuatum favorem Eligientium, sed concernant favorem publicum, ex quo Praepati habent yotum in electione Generalis, & deferre debent ad Capitulum indigentias sui Conuentus, adeo ut quamvis vera sit conclusio, quod quilibet potest favori suo renunciare, illa tamen limitetur, quoties tenenciam tendit in præiudicium alterius, & boni communis, ac in præiudicium Religionis.

309. Quandoquidem respondemus non solum, quod Ius eligendi Superiores est Ius privatum, & non publicum, ut specificè probat Dominatus, cuius verba supra transcriptimus, & quatenus concerneret interest totius Religionis, in hoc consensus totius Religionis, & omnium Religiosorum intercessit, sed etiam dicimus, quod Conventus non amittunt Ius alegandi suum Praefectum ad electionem Generalis, neque ut mediance illius Persona Conventus indigentias representare possit, cum ad Capitulum Praefecti, aliquæ vocales accedere debeant, siue crecentur per electionem, siue deputentur à Generali, ultra quod ob bonum, & rectum Religionis gubernium expedit, ut non sicut electiones per Conventuales, sed ut sicut à Generali cum yoto Assistentium Praefectorum deputationes, prout ita existimauit yniuersa Religion, omnesque Religiosi de tempore, Iquo post creditam Religionem seruore spiritus aliud non querebant, quam consulere Religionem.

gionis perpetuitatis, & obseruantia perpetua discipline regnatis.
 110. Dicebamus in praecedenti nostra informatione, quod Constitutiones approbatæ ab Innocentio XI., quæ coegeretur formâ gubernij, non fuerant executioni demandatae per Religiosos, præsertim circa electiones Praefectorum, quod est luce meridiana clarissimum, dum eodem tempore, quo fuerunt publicatae Constitutiones Anno 1697. in Regno Mexicano, statim omnes Communites dicti Regni renunciarunt iuri eligendi Praefectos, quod ipsis à dd. Constitutionibus tribuebatur, ut supra probauimus, & exaduerso non impugnatur, & pariformiter statim, ac Anno 1698. fuerunt publicatae Constitutiones Innocentianam in Regno Peruano, Conuentuales omnium Hospitalium renuntiunt iure eligendi Praefectos, idcirco nequit maioribus, & efficacioribus documentis iustificari, quod dd. Constitutiones quoad præmissas non fuerunt executioni demandatae.

111. Neque præmissa tolluntur ex assertis electionibus, quarum notula dator *Summario Partis num. 9.* nam de duabus, aut tribus electionibus fidelis ante concessum passum dicti Brevis, & ante illius publicationem à Confratribus antequam essent Religiosi, & antequam emisissent professionem; non est habenda ratio: Ex quo Praefectus maior, qui reperiebatur in Villa Matriti Praefectos non poterat deputate, aliae verò sunt electiones factæ in quatuor Conuentibus post annum 1706. & postquam violentijs, & impressione potestatis laicalis coactæ fuerunt Communites ad facientes electiones, ut supra probauimus: Duæ, aut træ electiones, quæ dicuntur factæ in Regno Peruano non probantur, nisi ex simplici epistola scripta ab unico Religioso non recognita, cui fides non est habenda, quia Conventus Regni Peruani semper permanserunt sub perfecta obedientia Reverendissimi Generalis.

112. Nec est verum in facto, quod renunciations factæ fuerunt mediante mandatis procurar, quodque illa Regni Peruani facta fuerunt cum nomine Procuratoris in albo, quia Pars aduersa confundit duos actus distinctos, ac separatos; Renunciations enim factæ fuerunt per publica instrumenta renunciationum, ut ex *Summario 8. S. 4.* ibi = *Renunciatio nostræ Communitatis Limanae iuri eligendi favore Reverendissimi Patris Generalis, & S. 12. §. 14. S. 15. & 16.* Mandata verò procurar, in quibus reliquum fuit nomen Procuratoris in albo, sunt illæ mandata facta ad statuendum in Congregatione de Guatemala quidquid praecedenter determinatum fuerat in Congregationibus Generalibus Mexici, & Limæ, & fuerant posita nomina Procuratorum in albo ex cauthela, quæ seper adhibetur, quia constitui poterat Procurator aliquis Religiosus mortuus, de cuius morte non adesse notitia intam distanti Regno Peruano, ubi mandata stipulata fuerunt, & ista mandata, in quibus in albo ponitur nomen Procuratoris sunt aded quotidiana, & vslu recepta, ut passim practicentur, cum nihil referat adesse, vel non adesse nomen Procuratoris, quoties datur lex scri-

pta in ipso mandato de eo , quod facere deberent .

¶ 13. Dicebatur in contradictorijs coram Eiño Ponente: quod non poterant dictæ Constitutiones executioni demandari , antequam essent per Sedem Apostolicam confirmatae ; Sed contrarium sustinet Paganus in sap. cum accessissent de Constitutionibus à num. 3. usque ad finem .

¶ 14. Et quidem Eminentissimi PP. si omnes Religiosi renunciarunt iuri eligendi Præfectoros , si Assistentes renunciarunt vota decisiva , & contenti fuerunt voto cōsultiuo , si huiusmodi renunciations fuerunt admisæ in tribus generalibus Congregationibos , quo pacto gubernari poterat Religio , usque quo obtineretur Apostolica confirmatio , nisi Generalis ueces facultatibus ab uniuersa Religione sibi attributis Præfectoros deputasset & Præsertim quia huiusmodi renunciations non indigebat Apostolica confirmatione , quia de iure validæ fuerūt ex supra firmatis ; Si itaque renunciations validæ fuerunt , ut communiter probant Doctores , ita ut post renunciations non possent amplius conuentuales validæ , & legitimè ut iure eligendi , neque valerent ad electionem procedere , ut ex individualibus authoritatibus supra probauit , vriq; debebat Generalis uti potestate ab omnibus Conuentibus , & Hospitalibus sibi attributa deputandi Præfectoros : Superest nūc examen ultimi articuli , an scilicet sint magis bono Religionis proficue Constitutiones confirmatae ab Innocentio XI. vel potius Constitutiones factæ in d. Capitulis Generalibus approbatæ ab uniuersis Religiosis ; Et incipientes à prima Constitutione perpetuitatis Generalatus in mea præcedenti informatione à §. 39. usque ad finem , individualibus authoritatibus , & fundamentis irrefragabilibus ostendi non solum magis expedire , ut in qualibet Religione Generales essent perpetui , & non temporanei , sed etiam id esse præcisè necessarium , ut Religiones in perfectione sui status continuarent , utque disciplina regularis posset conseruari , nam omnium Religionum relaxatio ex eo præcipue processit , quod Generales ex perpetuis facti fuerunt temporanei , prout ille doctissimus Nauarrus plenè probat , cuius verba transcriptissimus in nostra præcedenti Facti Informatione §. 4. Nauarrus enim non solum rationibus desolmptris ex dispositione iuris communis , sed etiā tamquam Confessarius expertus in Urbe , & tunc temporis Iucerna iuris canonici experientia didicerat , quot mala , quot scandala ; quot simoniz , quot ódia , rixa , & factiones procedebant ex Generalatus temporalitate , & supplicamus , ut illius doctrinam legere , Eminentissimi PP. dignentur , quæ Nouarri doctrina fuit communiter recepta , & approbata per Doctores omnium Religionum , qui in hac materia scripserunt ; qui zelo reformationis suorum Religionum semper clamauerunt pro Generalatus perpetuitate assuerentes omnia per ipsos exposita experientia didicisse , ut per Mirandam in manuali Prælatorum Regularium tom. 2. quæst. 6. sit. de Capitulo Generali , & electione Generalis Ministri art. 6. , qui autem Novarti doctrinam ad

ad Coelos extollit, & in sua Religione ad comprimendas factiones, & mala, quæ ex temporalitate Generalatus procedebant, perpetuitatem exoptat, eidemque probat *Donatus quaſſionum Regularium tom. 2. lit. de Prelat. tract. 9. quaſſ. 11. fol. 167.* & *lit. 3. cit. de elect. Abbatissæ quaſſ. 31.* *Suarez de Religionis tract. 10. lib. 10. cap. 2. num. 2.* *Pellinarius in manuali Regularium tom. 1. fol. cit. quaſſ. 11. cum alijs relatis per Patrem Dianam par. 3. tract. 2. resolut. 134.* quibus addimus *Castellinum de elect. canonica cap. 20. num. 8.* *Pignatell. consult. 54.* numero 30. tom. 3. *Passerinum de elect. canonica cap. 20. num. 25.* ibi = *An vero conueniens sit Generalem esse perpetuum, vel tempore longè melius esse, ut sit perpetuum non dubito per se loquendo, ut nec Generalis habeat causam cogitandi de exitu suo, vel de instituendo successore, sed iam securus, & nibil timens de suo statu aliud sibi cogitandum non remonet, nisi bonum sui ordinis procuret, & sic incalpabiliter suis subditos verbo, & exemplo regat, ut à Generalatu deicij non possit, & sic totus sit in conseruanda, & augenda disciplina regulari, & ut nec subditi per triennium, vel sexennium, quod breviter transit, habeant perpetuam occasionem ambiendi Generalatum, illunque procurandi. & interim forentur ambitionis, & lites, & mala artes, & inobedientia etiam in presentem Generalem, quem statim ab officio ipso iure absoluendum sciunt, & ut cuseatur quamplura alia incommoda, que ex hac temporalitate Generalatus oriri possent.*

115. Præcitatæ autem omnes causæ ponderatæ per Nauarrum; & alios authores præ oculis habitæ fuerunt per Religiosos nostræ Congregationis regularis tam in tribus Dictis, & Congregationibus generalibus, quam in singulis Conuentibus, & fuerunt specificè expressæ in Congregatione generali de Guatemala *Summario num. 7. lit. M. §. Et babito, & lit. R. & S. ex gratia E.E. PP. recognoscere.*

116. Præmissis addimus duas facti circumstantias, quæ summopere ad causam couertere videntur, & sanctam mente Eminentissimorum PP. mouere ad confirmandam præfataam Generalatus perpetuitatem: quarum prima est, quod Venerabilis Fundator Petrus à Bentacour perpetuitatem Generalatus exoptauit, dum in suo Testamento nominauit Patrè Rodericum à Cruce in Præfectum maiorem perpetuum *Summario bodierno num. 9.* eidemque dedit facultatem sibi nominandi post sui obitum alium Præfectum maiorem perpetuum: Si enim Venerabilis Fundator spiritu sanctitatis plenus nominauit in perpetuum, & sua vita durante primum Præfectum maiorem, hoc exemplo demonstrauit desiderasse Superioris maioris perpetuitatem, cuius Fundatoris voluntati deferendum esse prescribunt sacri Canones.

117. Ec quidem Eminentissimi PP. tanti semper estimata fuit Generalatus perpetuitas, ut omnes tam antiqui, quam moderni sacrarum Religionum Fundatores in suis primis Constitutionibus Generalatus perpetuitatem statuerint, optimè scientes non aliter disciplinam regularem in suo statu manuteneri posse, quam per Generalatus

perpetuitatem, & proinde re&d exclamat zelo Christiano plenus præcitatius Nauarcus ibi = Teſſer inquam, quod si abſque ſcandalo poſſem antiquum ſatum perpetuorum Pralatorum reſtituerem, quam Sanelli Paſtres Baſilius, Auguſtinus, Beñedictus, Bernardo, & Etiam Domini-
cus, & Sanellus ipſe Franciſcus iuſtituerunt; Nullus enim maiori ze-
lo, & amore deſiderat permanētiam ſui rigorosuſ instituti, & manu-
tentioñem perpetua disciplina regularis in ſuo rigore perpetuo con-
ſeruari, quam ipſi metu Fundatores, & disciplina regularis in ſuo ri-
gore confeſuari nequit, niſi ſtatuta Generalatuſ perpeſuitate, ve om-
nes præcitatii SS. Fundatores conſiderarunt, & temporalitas Gene-
ralatuſ introducta fuit ex Religioſorum ambitione poſtquam feruor
ſpirituſ, & disciplina regularis frigescere cooperat, ut refiſtatur Mirā-
da reſerens, & transcribens Nauarri doctriṇa in noſtra Informatione
allegatus num. 41. ibi = Sed præterea ad id probandum alia neque
minus forti, atque efficaci prædictus Doctoſ visitur ratione deſumpta
ab ipſo facto, atque exempli Sanctorum antiquiorum Patrum Baſili, Auguſtinii, Beñedicti, Bernardi, Dominic, & Seraphici Patris Franci-
ſci, qui, ut videre liſebit in eorum regulaſ, quas quidem cum ratione,
& conſideratione magna naturerunt, & decreuerunt, ut ſuarum Reli-
gioñum Generales effent perpeſtui, non vero temporales, quod, & in-
violabilitate per multorum annorum centuriā in d. Religionibus obser-
uatū fuit, quando Pralati regulares, quod dici poſteſt abſque cuiuſi-
uis inuidia, erant sanctiores, atque meliores, quam nunc ſunt; ſi igitur,
inquit Nauarri, Religionum omnium Patriarchis, & Fundatoriis
prædictis Institutio utilior atque commodiōr viſa fuit ſubditoruſ
quieti, & paci, & eorum ſpirituali regimini, atque ita id iuſtituerunt,
& decreuerunt, non eſſe conueniens videtur ob eorum antiqua, &
originaria iuſtitutione diſcedere, nouisque inuentis queruſdam iu-
ueniū Religiones omnes in dies inquietare poſtulando, & petendo a
Summis Pontificibus noua priuilegia, quod Pralati Generales non ſint
perpetui.

318 Altera circumſtantia ſummo perè conſiderabilis eſt illa adducta per
ipſosmet Religioſos, & registrata in Congregatione de Guatemaſa
videlicet ibi = Maximè quid alterum ex principaliffimis medyis. qui-
bus noſtra Religio pro humanis indigentias allicit personas pias, & cha-
ritatiuſ ad ſouendam noſtrum Institutum, nihil aliud eſt quād bonum
exemplum. & vita composita ſuorum Religioſorum, qui de caſtero, neque
Catbedras, neque Pulpita, minuſque Confessionalia habent, prout in alijs
Sacris Religionibus practicatur, quibus plauſum, & venerationem Fi-
delium attrahere valeant. Iſta ratiō per omnes Religioſos noſtra Re-
gularis Congregationis exagerata eſt adeo efficax, ve hæc ſola ſuffi-
cieſte deberet pro ſtatuenda Generalatuſ perpeſuitate: Nam licet tēporali-
tas Generalatuſ cauſet ſcandala, factiones, ſimonias, & alia incon-
uenientia, ac operetur, ve Generalis tēporaneus cogatur tolerare Reli-
gioſorum inobedientias, relaxationem disciplina regularis, eorumque
deli-

delicta, ut continua experientia docemur, & testantur Autores diversarum Religionum superius citati, nihilominus inconvenientia, quæ ex temporalitate Generalatus contingunt in alijs Religionibus suffocata remanent apud Populos ex rotalijs virtutibus, & scientijs Religiosum, qui suas Religiones illustrant, & Fidelium benevolentiam captiware student actibus literarijs publicis docendo in Cathedris omnium scientiarum species, Concionibus in Pulpitis, et ex Confessionarijs audiendo summa charitate Fidelium Confessiones, adeodat factio-nes, & scandala, quæ ex assiduis Generatum electionibus euennint, quibus dictarum Religionum fama obscurata remanet, restauratur ex charitate in audiendis Confessionibus, ex Concionibus sacris, quæ habentur in Pulpitis, ex actibus literarijs publicis, ex Scholis, & Studijs, alijsque virtutum, & scientiarum experimentis. At in nostra Religione, ubi omnes Religiosi debent esse Laici, & ex Fidelium elemosinis debent sustentare se ipsos, & etiam Hospitalia, & id qua non ad sunt Confessionalia, non studium scientiarum, non actus literarij, nec Pulpita pro Concionibus, veneratio Instituti, & Fidelium amor aliquid captiuar non potest. quam ex illa summa charitate, & amore, quo Infirmis inferiunt, ex illa vita austerritate, ex illa summa modestia, qua vivunt, & nullis alijs virtutibus Fidelium amorem, & benevolentiam captiware possent, si illa frigesceret, prout necessario frigescere oporteret, si Generalis esset temporaneus, quia cogeretur Religiosorum defectus, inobedientias, & relaxationem disciplinæ tolerare, proindeque Religio nostra, quæ nullo alio fundamento est innixa, quam in vita austerritate, & summa charitate erga pauperes Infirmos, qua solum amorem, & benevolentiam Fidelium attrahere potest, si frigescere contingere, destrueretur Religio à pessimo Fundatore inuenta tamquam publico bono, & in illis partibus præcisè necessaria.

119. Hinc non obstante autoritates in contraria facti adductæ in §. 64. & 65. quæ omnes de promptæ, & mutuatæ fuerunt à Mastrill. de Magistris cap. 23. nū. 14. verf. Hinc Aristoteles 2. Politicorum, & verf. iuxta illud dictum Cossiodori, & num. 16. verf. Inde Dionysius Alicarnassensis lib. 4. & num. eodem verf. Idem, tradita Titus Livius lib. 4. & verf. Additique Ioseph de Bello Iudaico.

120. Idemq; Mastrillus subindæ n. 16. perpetuitatem Magistratum, Doctorum authoritatibus, & Philosophorum placitis corroborat, & deinde concludit, quod sententia communiter ante omnes recepta sit, quod expedit Magistratus inferioris esse temporaneos, Magistratus, vero Superioris esse perpetuos, ut ex num. 34. & seqq. & num. 36. ita concludit = Ideo expedit, ut Superioris, Magistratus, Regisque Consiliarij, & Senatores perpetui sint, Officiales vero annales &c. tamquam novitij pro perpetuis deseruant, & quod si idonei reperiantur ad perpetuos admitti poterunt.

121. Firmat itaque Mastrillus examinatis axiomatibus] exaduerso aliatis, illa præcedere in Magistribus inferioribus, non autem in Ma-

gistratu Sopremo ; quem expedit esse perpetuum , adeout ipse met au-
toritates exaduerso allegatae firment expedire Reipublicæ Genera-
latum tamquam Supremum Magistratum esse perpetuum .

122. Subinde vero in contraria Informatione allegatur Tambor. 10. 1.
disputat. 3. quæst. 3. cuius authoritas licet non sit comparanda cum
grauioribus Auctoribus per nos adductis, qui experientia didicerant,
quæ firmauerunt pro stabilienda Generalatus perpetuitate ; Nihilominus
Tamburinus post allatas nonnullas hinc inde rationes con-
cludit nu. 5. ibi = Ego vero in hac re aliorum Iudicio me remitto , nam
res arbitraria est , & sine imprudensia alterutra pars eligi potest , dum
modo incommoda , que in unaqueque illarum contingere possunt , cuiten-
tur . Patet itaque , quod Tamburinus nihil firmat , illamque senten-
tiam dicit amplectendam ; per quam incommoda possunt cuitari , &
in nostra Religione aliter incommoda cuitari non possunt , nisi decer-
natur Generalatus perpetuitas , ut supra probauimus .

123. Rodericus vero opinionem Navarri litteris rotundis sequitur
tom. 1. quæst. 16. num. 1. licet in fine dicat , quod in ordine Divi Fran-
cisci ad petitionem Religiosorum Sedes Apostolica ordinavit , ut
Generales essent temporales . Adeout omnium Doctorum consenu-
validissimis rationibus comprobata remanet sententia in qua cum
que Religione magis expedire , ut Generales sint perpetui , quam
temporales .

124. Nec quicquam obstant exempla aliarum Religionum pro decer-
nenda maiori utilitate perpetuitatis , vel temporalitatis Generalis ,
sed inspicieendi est , in quibus Religionibus magis seruatur disciplina
Regularis , in quibus minora succedunt scandala , in quib. Religiosi ma-
iori modestia , ac mortigeratione vivunt , & negari nequit , quod in il-
lis Religionibus ubi Generales sunt perpetui , ut in Illustrissimis Re-
ligionibus PP. Societatis Sancti Dominici , Chartisanorum , & alijs
quam plurimis , & ex hoc arguenda est maior utilitas , ut patet con-
sideranti .

125. Nec urgent reflexiones in contraria facti adductæ , nam ex eo , quod
ita sit abilius fuit in Constit. Innoc. nihil ad rem , quia illæ Constit.
factæ fuerunt contra votum omnium Religiosorum , neque est novum ,
neque erubescere debet Sedes Apost. si quid hodiè melius statuat ijs ,
quæ prius statuerat , ut dixit Imperator in auth. de nuptijs in prin-
cipio , ibi Non enim erubescimus , si quid melius horum , quia ipse prius
diximus , ad inueniamus hoc sentire , & competentem Prioribus imponere
correctionem , idemque professus fuit Summus Pontifex Innocentius
Tertius in Concilio Lateranensi registrat . in Cap. Non valet de con-
sanguin. & affinit. ibi Non debet reprehensibile videri si secundum
varietatem temporum , statuta quandoque variantur humana &c. quo-
niam ipse Deus ex ijs , quæ in veteri Testamento statuerat nonnullas
mutauit in novo , & non solum non est reprehensibile statuta in melius
mutare , sed laudabile , ut probat egregiè Text. in can. sciendum
di-

- diffinit. 2. & leg. utr. 5. Vt lex Cod. de radicis tollendis, quod autem id praetedor ex ambitione P. Roderiei est mera assertio, ut modestè loquamur, cum superlus demonstravimus, tali semper fuisse, & esse voluntatis totius Religionis.
226. Secunda circumstantia retrorqueretur: nam ex eo, quod agatur de Religione distante ab Europa, ex hoc potius perpetuitas Generalatus est stabilienda. Nam si factiones, & ambitiones introducantur, & scandala eueniant, non ita de facili potest haberi recursus ad Sedium Apostolicum, & dicta inconvenientia proueniunt ex temporalitate Generalatus, non autem ex perpetuitate.
227. Neque dicatur, quod inconvenientia ponderata sint communia omnibus alijs Religionibus, & nihilominus Sedes Apostol. permittit in ijs temporalitatem Generalatus. Etenim propter hoc ipsum, quod sunt communia alijs Religionibus, nostri Religiosi volunt in principio nascentis Religionis occurrere; eoque potissimum quia in nostra Congregatione dicta inconvenientia maiora evadent ex rationibus supra adductis.
228. Quoad secundam Constitutionem, qua statutum fuit, ut Praefecti locales deputarentur per Praefectum generalem, non autem per electionem, ista procul dubio venit confirmanda; Nam cum omnes Religiosi capitulariter congregati in suis respectivis Hospitalibus iuri eligendi Praefectos renunciauerint, & dicta renunciatio fuerit admissa in Congregationibus Generalibus, utique probata jam ex premis, validitate dictarum renunciationum, & facultate Capituli Generalis tollendi huiusmodi electiones, parum videtur de hac Constitutione disceprandum.
229. Præsentim quia concurrunt illæ met causæ super prima Constitutione consideratæ, & sit magis Gubernio Religionum proficuum, ut huiusmodi electiones, ex quibus vitium ambitionis, & factionum perniciies oritur, aboleantur, ut probauit in mea Facti §. 46. & proinde in pluribus Religionibus ex ijsdem causis electiones fuerunt cassæ, & abolitæ, ut pariter probauit in mea Facti vbi d. §. 46. & sequentibus re tulii exempla aliarum Religionum, quæ ad stabilendam disciplinam Regularem, & removenda scandala, quæ ex huiusmodi electionibus procedebant, dederunt facultatem Generali deputandi Praefectos, seu Superiores locales.
230. Neque obstat, quod antea confirmationem Constitutionum Apostolicarum consueverunt in nostra Confraternitate fieri electiones: Nam quamvis verum sit utram, vel alias electionem fuisse factam, nihilominus subinde aduententes, quod ex dictis electionibus disciplinae cueriebatur, omnes permiserunt, ut Praefectus maior deputaret Praefectos particulares, ut probauit ex præcedenti Summario num. 1., & fassæ sunt omnes Religiosi in præfatis Congregationibus Generalibus, ut supra probauit.
231. Admitit Pars Aduersa, quod post Constitutionum publicatio-

new deputationes factæ fuerunt à Generali vigore facultatis in ipsum per ipsosmet Religiosos transfusa, sed quod factæ sine electione in quatuor Conventibus, quæ allegari non merebantur, ex quo factæ fuerunt medianibus violentijs, & cum impressione secularis potestatis: De alijs autem assertis electionibus nullum datur sufficiens documentum.

132. Quoad tertiam Constitutionem, qua statutum fuit, ut Generales non teneretur committere vicess suas Generales. Praefecto Domus Mexicanæ, dom ad Regnum Peruanum iter assunxit, neque Praefecto Domus Limanæ dum ab eo discedit, & ad Regnum Mexicanum se transfert pàrdm immorandum credimus, nàm ipsemet Frater Franciscus à Sancto Antonio, & Frater Michael à Iesu Maria in Constitutionibus, quas ipsi fecerunt hic in Urbe dictam Constitutionem Innocentianam immutarunt, & statuerunt, ut VicePraefecti Generales eligerentur in Capitulo Generali, & VicePraefectura non esset annexa Praefecturæ Mexicanæ, & Limanæ Summ. bodierno num. 12. Supplicantes pro confirmatione d. Constitutionis, quia agnouerunt duo officia, nempe VicePraefecti Generalis, & Praefecti Domus Mexicanæ non posse ab eodem Religioso rectè administrari; Vndè si ipsemet Aduersarius supplicavit in Congregatione particulari pro immutatione Constitutionis Innocentianæ, nescimus que pacto illam nunc impugnare audeat: Impugnat enim, quia facta fuit de consensu totius Religionis, & ex solo spirito coneadictio- nis, quamvis ipse agnouerit non' expedire, ut Praefecti Domorum Mexicanæ, & Limanæ essent VicePraefecti Generales d. Summ. num. 12 & nescio capere cur confirmari deberet Constitutio facta à duobus Religiosis, non autem Constitutio facta ab uniuerso corpore Religionis, quandò ipsemet Fr. Franciscus fassus fuit Sacra Congregationi non expedire publico bono Religionis, ut Praefecti Domorum Mexicanæ, & Limanæ essent VicePraefecti Generales Summ. num. 12 dist. B. ibi = Che la carica di Vice Prefetto Generale di Lima, e Messico respectivamente si proœda in un Soggetto d' alio da' Prefetti di Lima, e Messico, attesto che l' esperienza basata poi nello spatio di venti anni con cui denza conoscere non potersi da essi bastamente supplire al governo particolare di dette Case, che sono le principali dell' Ordine, ed assumere assieme la carica di Vice Prefetto Generale d' uno di quei Regni, ove non risiede il Prefetto Generale; Si sono di più considerate molte cause contingibili, non previste dall' antica Costituzione, ed espresse nella pre- sente, perchè sono state, come sopra auertite da Religiosi più gravi.

133. Circa quartam Constitutionem, qua statutum fuit, ut Afflentes Generales haberent Votum consultivum tantum exceptis casibus gra- uibus in eadem Constitutione expressis Summ. præcedenti num. 7. lis. M in quibus habere deberent Votum decisivum, confirmandam procul dubio credimus, ut magis proficuum recto gubernio Religionum, ut plenè firmat D. meus Aduocatus Pitonius in sua Iuris Informatione.

S. Succedit . S. Et quidem , & S. Ad quem , vbi in S. Et quidem transferi-
bit doctrinam Petrisarum , ubi , quod confert ad bonum Religionis , ut Prae-
lati Regulares res omnes sua indicio , & voluntate definire possent audi-
to tantum consilio Afflentium , quia sic prior , & perfectior obedientia
exercetur , maior seruatur dependentia membrorum a capite , majorque
unio , qualis esse debet inter Patrem , & filium , si minuitur occasio am-
bitionis ablata occasione multiplicandi Dignitates tis Iudicum , & quasi
praelationem in Religione , sic tolluntur pericula divisionum , & suborna-
tionum , quae possent suboriri ; Si Iudicia , Ordinationes , & aliae nego-
tiorum expeditiones penderent a sententia , & voluntate multorum , op-
timè Suarez de Relig. to. 4. trah. 10. cap. 1. nro. 10.

134 Alias enim sequeretur maximum absurdum , & Generalis esset
Generalis nominetendis , essentque quinque Generales in Reli-
gione si Generalis etiam in minimis quidquam agere non posset
sine Voto decisivo Afflentium , idcirco optimè Congregatio genera-
lis preseruauit Afflentibus Votum decisionum in negotijs grauibus
ibi expressis , non autem in leuibus , quos voluit , vt Generalis cum
consilio Afflentium expediret .

135 Prout frustra impugnatur altera Constitutione circa Vicarium Gene-
ralem ; Nam ipsem Fr. Franciscus a S. Antonio cum Patre Michaelie
a Iesu Maria in suis Constitutionibus , quas ausi sunt facere in Urbe , &
supplicare pro earum confirmatione in hac parte Constit. Innocen-
tianam immutari supplicarunt , utque in Capitulo generali eligeretur
Vicarius , sed Præsidens telescuando dicto Præfecto Domus Guatimalæ
monus Vicarij in casu obitus intrâ sexennio Generalis d. Sum. bodier-
no n. 13. , & licet in contraria facti redarguamus , quod id ex parte no-
stra non fuerit probatum cum Summario , nihilominus credebamus ,
quod Pater Franciscus factum proprium negaturus non esset , de quo
constat ex positionibus antiquis Eminentissimi Ponentis Ferrarij , &
Gabrielli . Si itaque ipsimet Aduelarij cognoverunt prædictam Con-
stitutionem Innocentianam circa personam Vicarij Generalis non
conducere ad publicum bonum Religionis , utique deber corrigi , &
emendari , vel eo modo , quo statuum fuit in Congregationibus Ge-
neralibus , ut scilicet Præfetus Generalis illum nominet in schedulas
clausa , & sigillata post sui obitum aperienda , prout seruatur in Socie-
tate Iesu , in qua Generalis in cedula clausa depotat Vicarium Gene-
ralem post sui obitum , quæ tunc debet aperiri , vel alio modo magis
EE. PP. beneuso .

136 Probata ex præmissis majori utilitate Constitutionum editarum in-
præcitatris tribus Constitutionibus generalibus superest probare im-
possibilitatem primæ Constitutionis Innocentianæ circa celebratio-
nem Capituli generalis de sexennio in sexenium : Quandoquidem
in Constitutionibus Innocentianis S. Quinto Summ. nostro num. 2. lit. T.
præscribitur numerus Vocalium , ad quos spectat Præfecti Generis elec-
tio , ibique statuitur , ut electio spectaret ad Vicarium Generalem , ad

quaeror Assistentes Generales, ad Secretarium Generale, ad omnes
Patres Praefatos, antiquorem, Discretum, & Magistrum Novitiorum
omnium, & singulorum Hospitalium; adeo ut ex quolibet Hospitali
pro Capitulo Generali electionis deputati fuerint tres Superiores
principales.

137 Ad effectum autem probandi impossibilitate celebrationis Capituli
Gen. de sexennio in sexennium, non solum consideranda est distantia
inter Regnum Peruanum, & Mexicanum, inter quae Regna commu-
nicatio non habetur, nisi per Mare, sed etiam consideranda est distan-
tia, qua intercedit inter unum, & aliud Hospitalia, consideranda est
difficulitas itineris, & summa impensa.

138 Et quidem generalem probationem distantiae unius Hospitalis ab
alio habemus ex Brevi Innocentiano expedito per P. Rodericum a
Cruce, de quo in Summar. nostro num. 2. lit. M. H. ibemus enim, quod
Hospitalia sunt inter se adeo distantia, ut unum ab alio distet plus mil-
le leucis, scilicet tribus mille millibus ibi = Et attenta distantia, qua
santa est inter dicta Hospitalia: Quandoquidem aliqua inter se plus
mille leucis distant, & in ista, qua impossibile extabunt, eadem pro am-
plitudine dilectorum Regnorum intercedet distantia.

139 Eadem, & magis specifica probatio desumitur ex alia Constitutio-
ne Innocentij XI. de qua in d. nostro Summ. num. 2. lit. M. vbi Summus
Pontifex auctoritatem Generalem ad residendum in illo Regno, in quo erat
celebrandum proximum Capitulum Generale electionis ea ratione
motus, quod scilicet impossibile foret Assistentibus Generalibus, qui
sunt Pars pricipua Capituli, quod opportuno tempore reperientur
in Domo, in qua esset facienda futura electio ibi = Ac etiam magna
locorum distantia considerata, quoniad si Praefectum Generalem mori
contigerit in alio Regno, quam eo, ubi futura electio celebrari debebit,
impossibile foret esset, ut Assistentes, qui futura electioni sunt Pars princi-
pua, opportuno tempore reperiantur in domo talis electionis; Hinc est,
quod statuitur, ut nisi alia necessitas, seu ratio moveat arbitrium Prae-
fecti Generalis ad alibi residendum; Idem Praefectus Generalis cum
Assistentibus de novo electus, si electio celebrata fuerit in noua Hispania
ire debet ad residendum in Peruia, & ita & contraria.

140 Quamvis enim in iisdem Constitutionibus statutum fuerit, ut in ca-
su obitus generalis Capitulum electionis celebrari deberet post an-
num complectum à die obitus Generalis ut ex Summ. num. 2. lit. Q.
nihilominus in hoc calu admittunt, quod si Capitulum generale elec-
tionis esset celebrandum in alio regno, quam in eo, ubi residet Gene-
ralis, esset impossibile, ut Assistentes generales opportuno tempore
reperiantur in domo alterius regni, ubi esset facienda electio: si sig-
natur est impossibile, ut Assistentes Generales commorantes cum Gene-
rali in alio regno, quam ubi sit facienda noua electio, post annum
completum à die obitus Generalis opportuno tempore perueniant ad
Capitulum electionis in alio Regno celebrandum, quantumvis ipsi Ali-
sten-

140

lentes Generales cum ipso Praefecto Generali moram trahant, ipsorumque semper comitentur, & proinde statim habeant notitiam illius obitus; quanto magis tempore opportuno ad Capitulum electionis peruenire non poterunt Vocales aliorum Hospitalium dicti Regni. Cum inter unum, & aliud Hospitalia intercedat distantia mille leucarum, & ultra, ut idem Innocentius testatur, quos opportebit, ut prius habeant notitiam obitus Generalis, subinde longum iter affluant ad portum, a quo debent proficisci ad effectum transiendi ab uno regno ad aliud, adeo, ut ex ipsius constitutionibus appareat impossibile esse, ut ab uno Regno ad aliud spatio vniuersitatis iter perficiatur, imo spatio anni cum dimidio, idemque temporis decursus est necessarius pro reditu ad sua Hospitalia, ideoque ad effectum, ut Praefecti Hospitalium Discreti antiquiores, & magistri Nouiorum ad Capitulum Generale electionis accedere possint, est necessaria peregrinatio trium annorum.

141 Immo est impossibilis praecepsa celebratio Capituli Generalis, ut illa fiat cum Vocalibus veriusque Regni; Nam si impossibile est, ut Assistentes Generales, qui sunt pars praecipua Capituli Generalis, comorantes cum ipso Generali in alio Regno, nam in eo, ubi est facienda Generalis electio, opportuno tempore reperiuntur in Domo electionis, quanto magis opportuno tempore accedere non possint Vocales aliorum Hospitalium distantium magna distantia ab Hospitali, in quo decessit Generalis: adeo ut nisi immutetur dicta constitutio semper electio Generalis fieret a solis Vocalibus illius Regni in quo erit facienda electio, & in eo nunquam interuenire possint Vocales alterius Regni.

142 Hoc ipsum fuit consideratum, & approbatum per Patrem Iosephum a S. Angelo in Congregatione de Guatamala, in qua primi Assistentes Generalis munus exercebat, & per alios Religiosos, qui in dicta Congregatione Generali interfuerunt, ut liquet ex nostro Summario num. 7. litt. M. ibi = Considerarunt summum, & specialem sauvorem, quem consequi sperat nostra Religio. Besternitica ex eo, quod Generales ipsius sunt perpetui in officio ob notorium gravamen quod necessarium sequi debet ex celebratione Capituli Generalis quilibet sexennio, ac conuocatione Vocalium ad illum Conuentum, ubi illius Celebratio fuerit destinata ex Hospitalibus remotissimis, & diuturnam peregrinationem exigentibus, cum in his uscis Regnis inter aliquos ex Conuentibus ibidem buc busque fundatis intermediet spatium mille, & quincentum leucarum maritimo, & terrestri itinere, ac per asperas vias & climatum intemperies conficiendarum, & quanto magis propagabitur nostrum Institutum, tanto magis laugebitur difficultas conuocandi dicitur. Vocales concurrentibus in idem praediicio grauissimis expensis, que in conductione eorumdem Vocalium ad locum Capituli, tague, absoluta restitutio ad suos Conuentus, vel expeditione ad alios perneccesse transgredi deberent, & saue excederent limitates redditus, & elemosinas qui-

quibus principalissime innititur substantia Hospitalium.

143 Quod autem intercedat hæc magna distantia, non solum inter vnum, & aliud Regnum, int̄ quæ non adest nisi commercium maritimum, neque terrestri itinere ad vnum ad aliud Regnum accedit potest, sed etiam magna distantia inter vnum, & aliud Hospitalia probauimus in Villa Matriti cum depositione non vnius, vt exaduerso perperam dicitur, sed plurium Tellium, qui in dictis Regnis maiora Officia exercuerunt, suntque practie distantiarum, & Itinerum, nam examinatus Eques Franciscus Rodriguez Gubernator, & Capitanus Generalis Provinciæ Guatimalæ depositus, quod à Civitate Hauana ad Conuentum de Guatimala intercedit distantia Leucarum septingentum, nemp̄ tercentum maritimo, & quatuor centum terrestri itinere, a Civitate Guadalaxara ad Civitatem de Guatimala quatuorcentum leucæ, & Civitate Mexicana ad Civitatem Angelopolitanam totidem leucarum distantia intercedit, ab Hospitali de Potosi ad Civitatem Limanam 400. leucæ, a Conventu Potosi ad Hospitali Quitti intercedunt octingentum leucæ, & deponit etiā de distantia quæ intercedit inter alia Hospitalia Regni Peruani *Summ. num. 34. lits. K. & L.* quodque inter vnum, & aliud Hospitali intercedant vix aspera, impracticabiles, quæ pertransiri non possunt absque maximo dispendio *d. Summ. n. 34. lits. M. & N.*

144 Ulter quod adiuncti Regia Pragmaticæ, quibus prohibetur inter dicta Regna commercium, illudque exerceri, non potest nisi per nauigia à Rege designata *d. Summ. num. 34. lit. O.*

145. Sed ad quod diuagari in veritate adeò notoria, quæ recognosci potest ex ipsis meis cartis geographicis, ex quibus notitia haberi potest dd. distantiarum, & ex historicis, qui dicta itinera descripserunt, eorumque maximas difficultates vix pericula, & grauissima dispendia, quæ vix credi possint.

146 Ceterum ista maxima difficultas, & distantia vnius Hospitalis ab aliis negari exaduerso nequit, nām cum P. Franciscus à Sancto Antonio Aduerarius, & Pater Michael à Iesu Matia antiquus Procurator Generalis post cassatas, & annullatas Constitutiones Capituli Generalis editas de Consensu totius Religionis, & omnium Religiosorum tamquam contrarias Innocentianis constitutionibus ausi fuerint eorum auctoritate hic in vrbe conficeret nouas Constitutiones contrarias institutionibus Innocentianis; & contrarias constitutionibus Congregationum Generalium, adhuc tamen hæc distantiam, & impossibilitatem in illis faceri coacti sunt *Summ. bodierno num. 13. lits. F.* nam in §. 16. suarum &c. constitutionum, ita statuerunt = *Et attenta distante,* quæ tanta est inter dicta Hospitalia. *Quandoquid aliquo inter se plus mille leucis distat, & in eis, quæ impossiblē extabunt eadem pro amplitudine dictorum Regnorū intercedet distantia, & in euentibus, quæ in quolibet illarum occurrent promptam conuenit adhibere prævisionem, cumque non possit Pater Praefectus Generalis in adeo distantibus*

141

¶ si iunctis lecis una cum Assistentibus Generalibus residere statuunt
contrâ Innocentianes Constitutiones; ideo pro meliori dicta Religionis
Regimine disponitur, quod electio Patre Prefecto Generali Vo-
tales procedere debent ad electionem duorum Viceprefectorum Genera-
lium &c. cum bac tamen lege, quod Viceprefectus Generalis exsistat
dumtaxat in illo Regno, ubi non residet Prefectus Generalis.

147 Quodque si impossibile, ut Vocales unius Regni interesse possint
in Capitulo, si illud esset celebrandum in alio Regno pari modo
fassi sunt in alia constitutione per ipsos; in §. 18. ibi= animaduersa pa-
riter magna locorum dissipatio, quoniam si Prefectus Generalis mori
contigeret in alio Regno, quam in eo ubi futura electio celebrari debe-
bit, impossibile fere esset, ut Assistentes, qui future electionis sunt pars
principia opportuno tempore reperiantur in Conventu talis electionis,
hinc est quod statuitur, ut nisi gravis necessitas, aut ratio moueat Arbitrium
Patris Generalis ad alibi residendum, id est Prefectus Generalis
cum Assistentibus de novo electis, si electio celebrata fuerit in noua His-
pania, ire debet ad residendum in Regno Peruano, & contrà.

148 Hac eadem impossibilitas accedendi ad Domum electionis consi-
derata in casu mortis Generalis habet quoque locum in casu, quo Ge-
neralis esset sexennialis, quia utroque casu, iuxta Constitutiones a
dictis duobus Religiosis nulla autoritate sufficiens factas statuitur, ut
statim elapso anno fieri debeat electio, ut ex Summario hodierno
numero 13.

149 Si itaque impossibile esse farentur ipsimet Aduersarij, ut statim
completo anno, Assistentes Generales commorantes, exempli gratia
in Regno Peruano accedere possint ad celebrandum Capitulum in
Regno Mexicano, magis impossibile est, ut accedere possent alij Vo-
cales aliorum Hospitalium eiusdem Regni, probatum enim remanet non
sufficere annum peregrinationis, ut Vocales Regni Peruani accedere
possint ad celebrandum Capitulum in Regno Mexicano, & contra:
probata remanet impossibilitas quolibet sexenio celebrandi Capitu-
lum generale; ac etiam probatum remanet quam immensæ expensæ re-
quiritur pro celebratione Capituli Generalis, dum saltē tres Re-
ligiosi ex quolibet Hospitalie accedere debent, facientes itinera adeo
immensa, terra marique, cum expensæ itinerum in illis partibus præ-
sertim per mare facienda sint immensæ, & vix credi possint, cum di-
qua itinera fieri non possint nisi, ab illis Nauibus à Rege Catholico
designandis.

150 Neque exempla aliarum Religionum obstatere possunt, quia in
alijs Religionibus ad Capitulum Generale accedunt Provinciales, &
omnes Conuentus Provinciarum contribuunt in expensa itineris, & Supe-
riores locales remanent in Gubernio suorum Conuentuum; At in
casu nostro accedere debent ad Capitulum generale tres Superiorum
Principales cuiuslibet Hospitalis expensis huiusmodi Hospitalis, à
quo procifescuntur; adeo ut si in alijs Religionibus, in quibus Ge-

nerales sunt Temporanei, ex singulis Conuentibus accedere deberent tres Superiores Principales cum suis Laicis, expensis proprijs Conventus, & Conuentus essent ita notabiliter inter se distantes, ut sunt Hospitalia nostrae Religionis, ita ut, neque per annum, neque forsan per annum cum dimidio accedere possent ad locum, ubi celebrandum esset Capitulum, & idem tempus esset necessarium pro redditu ad suum Conuentum, utique esset Celebratio Capituli Generalis non solum destruenda omnia Conuentuum, sed etiam disciplina regularis propter absentiam principalium superiorum summopere labefactetur, ut patet Consideranti. Vnde nullum adest temperamentum magis proficuum, & accommodatum nisi quod ad Capitulum Generale faciendum in uno Regno, Hospitalia alterius Regni deputent duos Procuratores Generales, qui Generali assistent in illo Regno tam pro negotiis illius, quam ut nomine Hospitalium d. Regni in Capitulis Generibus assistant, ut ex Summ. nostro num. 7.

151. Non obstat quod Patri Roderico innotesceret huiusmodi impossibilitas, & nihilominus illam Congregationi trium Cardinalium non proposuit: Nam quamvis Pater Rodericus dictam impossibilitatem proposuit, ut liquet ex lectura dd. Constitutionum quarum verba supra transcriptimus, dum fuit exposita impossibilitas accessus, tempore oportuno Assistantium Generalium Capitulo Generali, nihilominus tunc dicti Eminentissimi Patres voluerunt se conformare cum vsu & more Maioris partis Religionum eidem significando, ut si dd. Constitutiones, aut aliquæ illarum non placerent quod possent illæ immutari in primo Capitulo Generali, ut liquet ex Instructione Georgij de Firmanis Summ. præterito num. 6. Vnde si iuxta dictamen dictorum Eminentissimorum Constitutiones fuerunt immutatae, nescio videre qua de causa approbari non debeant.

152. Præterea cum dictam impossibilitatem de præsenti justificemus ex eadem Partis confessione, ut supra probauimus, non est opus ulterius diuagari neq; videtur licet amplius negare id, quod ipse Pater Franciscus à S. Antonio in suis assertis Constitutionibus præsentatis huic Sacrae Congregationi fassus fuie.

153. In §. 63. contraria Informationis audent iactare, quod distantia Regnum, & Conuentum sit purum commentum ad colorandas Constitutiones Guatemalenses; Sed bone Deus præfata Hospitalium distantia non ne iquo oculi curri potest in cartis Geographicis non nisi distantia Hospitalium, & vnius Regni ab altero desumitur non solum ex Constitutionibus Innocentij XI. ut ex verbis superius transcriptis, sed etiam ex ipsiusmet Constitutionibus factis à Fratre Francisco à Sancto Antonio, & Fratre Michaeli à Iesu Mariae in quibus explicitè fatentur, quod unum Hospitalie ab altero distat mille, & ultra leuis, non ne ipsi fassi sunt, quod licet Capitulum Generalem esset celebrandum elapsò anno post mortem Generalis, quod nihilominus si Generalis cum Assistantibus resideret in alio Regno, quam in eo ubi Capitulum Generale esset celebrandum, erat impossibile quod Assistantes Generales possent tempore opportuno pervenire ad locum ubi

vbi Capitulum Generale esset celebrandum, & proindè per eorum Constitutiones arctatur Generalis ad perpetuè residendum, in eo Regno, in quo primum Capitulum Generale est celebrandum *Summario bodiero* nū. 13. qua fronte itaque impugnare audent veritatem adeò patentem, sub cuius narrativa staruerunt, ut Generalis durante sexennio Generalatus residere deberet in illo Regno, vbi proximum Capitulum Generale esset celebrandum ad hoc, ut illud celebrari posset cum assistentia Assistantium Generalium, quos alias esset impossibile opportuno tempore posse reperiri in Capitulo si in alio Regno esset celebrandom, quam in eo vbi Capitulum deberet celebrari, ideoq; aut est vera ista impossibilitas, aut Constitutiones sunt subreptitiae, & Generalis durante sexennio non cogeretur in eodem Regno residere.

154. Non obstat, quod Pater Rodericus à Cruce discessit à Civitate Limanadē mense Ianuarij 1681. & peruenit ad Civitatem Mexicanam de mense Augsti eiusdem anni, & proindè à Civitate Limana ad Mexicanam peruenit spatio sex mensium: quia hoc nihil probat; Nam in Civitate Limana adest Portus, à quo nauigia discedunt, habuitque iter maritimum felicissimum. Unde non mirum quod spatio septem mensium iter consecit: Verum si ad Civitatem Mexicanam ire debent Vocales Hospitalium Regni Peruani adeo inter se distantiam, ut ab uno ex illis ad Portum Regni Mexicanani intercedant sexcentæ, odiñgentæ, aut quadragesimæ Leucæ, nonne requiritur tempus congruum prout inere ab Hospitali ad Portum Limanum? Et semper nauigia, non sunt parata, semper ne felix iter sperari potest: Idcirco consideratis circumstantijs est moraliter impossibile, ut spacio unius anni Vocales unius Regni accedere possint ad celebrandum Capitulum in alio Regno, ut ingenuè admittitur in Constitutionibus Innocentianis, & Constitutionibus factis à Patre Francisco de quibus *bodiero Summario* num. 13.

155. Quod autem in Regno Peruano, & Mexicano non adsit liberum commercium, sed tantum iter assumere possint naues destinatae à Serenissimo Rege Catholico id est notorium apud Mercatores, & depoñunt Testes *Summario*, præterito num. final. līt. O. & P. Quamuis enim aliquæ naues per Contrabando uti dici solet de surto, idem iter faciunt tamè in illis non datua tunc transitus, ut iijdem Testes depoñunt, & nuoc publicatz sunt pragmatice rigorosiores.

156. Neque est verum quod vno, eodemque anno 1697. Pater Rodericus duas fecit Congregationes Generales; nam una ex illis in Regno Mexicano celebrata fuit anno 1697. ex Conuentibus Regni Mexicani. Altera verò anni 1698. in Regno Peruano ex Superioribus Regni Peruani, adeò ut intercesserint duo anni, ut de se patet, & sicut cum illa celebri occasione, qua tam in Civitate Mexicana, quam in Civitate Limana fuerit solemnis ritu publicata electio, & ad illam solemnem functionem PP. grauiores accesserunt ad vitramque Civitatem.

Ea-

157. Eadem difficultas, quæ adeit in Vocalibus accedendi intrâ annum ad Capitulum Generale intercedit in transmittendo mandato procure pro quibus transmittendis zedem difficultates debent considerari, ut de se patet.

158. Magna expensa nequit impugnari, non obstante, quod exaduerso dicatur quod possint mendicando iter peragere: Verum nonoc puder huiusmodi facere propositiones, nam si elemosina deficiunt, præfertim in illis Regnis, in quibus adhuc non sunt totaliter subiecti, quid agendum alter autem maritimum in navibus à Rege destinatis quo pacto elemosinis fieri potest? nonne esset ridiculum, ut principales Superioris mendicando tot immensa mundi spatia peragere deberent per mare: & itinere terrestri per loca deserta alpera, & habitatoribus nudis? Ita quidem dici possunt, non autem executioni demandari.

159. Quin obster, quondam etiam Capitulum Religionis S. Francisci celebratur in Vrbe quolibet sexenio, & ad illud accedunt Vocales, ex Indijs Occidentalibus, ex Regnis Persarum, Turcarum, Insulis Filipinis, & alijs locis distantibus, quia ad illa Capitula accedere soli possunt Prouinciales expensis totius Prouinciarum, quod non contingit in casu nostro, quo accedere debent tres Vocales ex quolibet Hospitali expensis unius Hospitalis, sed vellem, ut D. exaduerso Scribens unum reperiret Capitulum, in quo Prouinciales dd. Prouinciarum interfuerint, licet dari possit casus, ut unus vel alter interfuerint.

160. Quæ dicuntur de expensis factis à Patre Roderico, & alijs iniurijs, quæ contra Personam adeò insignem moribus, & sanctitate dicuntur opus non est quicquam repetere, quia ex sopradictis satis sublata remanent: & quæ dicuntur non habent aliud fundamentum, quam meram assertivam Patris Francisci.

161. Ceteri, quæ in contraria facti adducuntur aduersus Patrem Rodericum circà ambitionem iam superius sufficenter confutata remanent, nullaque ulteriori responione opus est.

162. Superest dumtaxat vindicare Innocentij Patris Ferdinandi, quem Pater Franciscus, & Pater Michael, ne eorum conatibus se opponere in Vrbe carcerarunt, ex quo mediante persona Domini Michaelis Angeli Casalis conatus fuit eorum colligationem S. Congregationi, tunc detegere, & ad colorandam huiusmodi violentiam datur in contrario Summ. attestatio eviudsam Religiosi, qui dicit d. Patrem Fr. Ferdinandum fuisse sub clavi reclusum, ex quo de nocte extra Domum fuerat commoratus.

163. Veritas autem est, quod dictus Religiosus summa simplicitate, & virtutibus plenus, cum vidisset concordiam, cum qua dicti PP. in Vrbe procedebant, se commendauit Archidiacono Salamanino, qui eum in Vrbe morabatur, qui secum illum attulit ad Domum D. Casalis, in qua moratus fuit die & nocte, quatuor autem quinque dies Summar. num. 14. cumque subinde PP. alleiquot fuisse dictum Archidiaconum.

disconum, & d. Patrē vii mentem captum redarguissent illum induxerunt, vt ad Domum reduceret, prout sive reductus, & statim ac in eorum posse habuerunt, clavi recluserunt eum insimulando, quod erat mente captus non obstante, quod pluriē e senectra clamauerit, quod detinebatur carcерatus, ex quo recursum tentauerat ad Sacram Congregationem, prout vicini fide digni deposuerunt *Summario bōdierno num. 15.*

164. Cum itaque ex p̄missis constet præcitat̄as Constitutiones factas fuisse de consensu omnium Religiosorum, esse magis proficuas, & necessarias pro manu renenda, & conseruanda disciplina Regulari, & Innocentianas Constitutiones esse fere impossibile, vt executioni demandari possint, merito speramus Constitutiones esse confirmandas, cum illis limitationibus, quæ magis proficuæ bono communi Religionis, existimauerint Eminentissimi Patres, cum Religio profiteatur paratam esse suscipere illas Constitutiones, quas EE. VV. magis proficuas iudicauerint.

Quare &c.

Vitus Angelus Caualletti.

Missydean Chansellei.

A S A G R A
O N C E S T O R Y H I
T O R Y
P A R R A C C I V I N G
E D - Z E R I N G
A N D O O K A
O n l i n e R e p r e s e n t a
t i o n
R e l a t i o n o f

S A C R A
CONGREGATIONE
DEPVTATA

Siuè

Emis, & Rūis DD. Cardinaib⁹

S. CLEMENTIS,
PARRACCIANO,
ED S. PRISHÆ
IN CAUSA

Ordinis Betheleæmiti-
tarum.

P R O
Religione Betheleæmitica in Indijs
Occidentalibus.

C O N T R A
P.Fr. Franciscum à S. Antonio

Siue in his G 710 210 230 250

Responſio,

— Typis de Comitibus 1714 345